inflāmatio ſicut ab aqua mellis. etiā ſi eſt aq̄ mellis cāne inflāmabilior eſt cuz non habet acetum & quia fecerat te ſe curuz in uſu eius remittit eiꝰ audaciā in ſuperfluo uſu eius quia timeť raſura. i. excoriatio aceti acuitate. Et hoc timetur ut appebit in fine capi de reⁿᵉ acu. ſe. Hic poſſunt afferri q̄cūq̄ ſunt dcā ab ypo. 3° reⁿᵉ acu. in his potibuſ & quecūq̄ Gal. & alii dixerūt & nos ibidez diximus. ET SVBTILIATIONEM. Cum diſtinxit ſpecies cibationis & regiminis exēplificādo de eis oſtendit hic ea que indicant de eis & primo in gñali oñdit que ſunt que indicāt ſubtiliare & que ingroſſare. z° in ſpeciali. ibi zª Et eſt las. prima in duas quia primo oñdit que indicāt ſubtiliationem diete. z° que ingroſſationē. ibi zª. Et ingroſſationem. prima in tres ſicut tres ponit. q. indicant licet ponat cum primo uirtutez que conſentt. ibi zª. Et dignior. ibi 3ª. Et de illis. Cōſiderādum q̄ per ſubtiliationē regiminis nō intelligt ſoluz dietā ſeu regimē ſubtilis diete contra cibationez groſſaz & contra mediā. ſed intelligimus ipam cibi diminutionem ſiue nō dationez. Omnis enim febris putrida indicat ſubtiliationē. i. diminutionē cibi reſpectu eius qđ in ſanitate. & hoc ꝓpter ipam mām ad cuius digeſtionē & euacuationem uolumus ipſam naturam uacare. Conſiderādū q̄ propter nāz materiei qdam groſſi intelligunt diuerſitatem materiei q̄ dicimus q̄ q̄dam eſt ſubtil & quedaz groſſa & q̄ natura materie ſubtilis indicat ſubtiliationē. Sed ſi bene conſideramus omnis mā indicat ſubtiliationē in dieta licz ſt in bo diuerſitas que non erat hic in mente. A. loquentis generalr. Debz ergo intelligi natura materiei. i. materia ipſa. & per ons morbus ut ab ea dependz & bo eſt quod principalr indicat ſubtiliationez .ſ. mā. Sed poſſibilitas uirtutis cōſētit cum ipa abſq̄ cibo. i. cum ſubtiliatōne poteſt digerere euacuare & euaporar Et intelligunť hii ſermōes prīo regi. acu. 44° 5to. ET DIGNIOR. Hic eſt āfforiſmꝰ quando in ſtatu & ſumiť hic ſtatꝰ ꝓ ſtatu q° ad accña ut cōiter dicit & concurrit cum ſtatu quo ad digeſtionē materie ī morbis ſeruātibus materiā ad unicam expulſionē. In hoc ergo tpe medicus debet ſubtiliare magis q̄ in aliquo tpe alio & cauſam eius ponit quia natura tota intenta eſt ad pugnā. & iđo debet eaz occupare cibo nec ante criſiz nec in criſi & tu afferas ad hunc locuz dcā per nos & alios ſup illo afforiſmo quibus uero poſterius. quaſi dicat ante ſtatum poſſet groſſiꝰ cibari. Vnde ypo. prius uero uberius refici ut ſufficiat egrotans. ET DE ILLIS. Hic eſt ſermo ypo. prīo reⁿᵉ acu. & Raſis 17° continentis. capło 4° Conſiderādū q̄ hec ſubtiliatio eſt particularis qa reſpectu determīate hore in qua oportet flobotōare cliſterizare aut ſoluere uentrem. que non debent fieri cibo exīte in ſtomacho. & hoc ē quod dixit des operā ā. ſimilr ſedatio doloris oportet q̄ priꝰ fiat ut eſt poſſibile. Dolor enim impedit cibationez & eſt cauſa agitationis cibi in ſtomacho & ideo oportet prius intendere ſedationez illius. bis completis ciba ſi eſt neceſſe. Conſiderādū z° niſi ſit ꝓhibens poteſt primo intelligi q̄ tu des operā ad complendaz illā neceſſitatem niſi ſit ꝓhibens quia ꝓpter caſuz uirtutis & timorem lincopis primo q̄nq̄ cibamꝰ anteq̄ ſtebotomemus ut etiam euenit bis ad quorum ſtomachū colera fluit Prius etiā cibamus q̄ ſoluamꝰ uentrē i. prius confortamus infirmū cibo. ut A. 3° cañ. ſen. xiª. caº de cura ſincopis. Et qñ curatio facit neceſſitatez ut ſit mūdificatio & times nocumentū eius oportet ut confortes ſtomachuz & ad bibendū da uinum odoriferuz & ciba cibo laudabili. qñq̄ etiā cogimur priꝰ cibare q̄ cliſtere faciamꝰ ut hominibꝰ quibuſdā qui cliſteribus ledunť rōne ſtomachi ꝓpter cām notam. de quibꝰ eſt multa ſenſualitas. Vnde ſtatim cōmotis inteſtinis & euaporatione facta in eiſ nocumentū cauſať in ſtomacho & de eis eſt mlta ſenſualitas ſtomachi & ſub hac intētione preceptum eſt in liº acu. 9° cōtinētis prīo caº. q̄ cliſtere non fiat ſtomacho repleto. qñq̄ etiam multa debilitas & doloruz prolixitas

etiã cogit cibare ante ſedatiõez doloris bene g° dixit niſi ſit ꝓhibenſ. ſ. cibare. Alio modo poteſt intelligi ꝙ cõpletis his neceſſitatib⁹ ſcã flebotomia poſſ; ſupuenire principiũ peroxiſmi. Vnde cogim⁹ nõ cibare niſi in caũ. & ſimilr facta ſolutione uentris & cliſteri & ſe dato dolore poſſet aliud ſuperuenire qđ cibum faceret poſtponi. uerbi gr̃a inſultus peroxiſmi. Conſiderãdu; 3° ꝙ neceſſitas iſtorũ; in febribus putridis ſignificat repletionẽ que ĩdicat euacuari & non repleri uel cibari. & ideo niſi ſit ꝓhibens intendatur primo ad complendas has neceſſitates. ET INGROSSATIONEM. Cõſiderandũ ꝙ per ingroſſationẽ nõ ĩtelligo dieta; groſſa; ꝺtradiſtinctã aliis ſpẽb⁹ diete ſed ipam cibi dationẽ. Illud eni; quod de cibo daf̃ non datur niſi ꝓpter uirtutem. ut enim nutriatur uirt⁹ & non morbus cibus datur infirmo. Ipa enim uirtus eſt cuius gratia cibamus & non febris ut Gal̃. dixit in ꝺ^to affo. Contemplari aũt oportet. & in primo re^nis acu. ꝺ^to xx°. ſicut enĩ morb⁹ ſiue materia indicat principalr̃ ſubtiliatõez i. ablatõnẽ cibi ſic uirt⁹ indicat ĩgroſſationẽ & morbus eſt ſicut coĩudicãs ul̃ coaſſentiẽs. Sed dubitatur utrũ. A. tẽtigit hos mõs diete ſubtil̃ & groſſe diete. Dicendũ ꝙ manifeſte tetig^t eos cum prefixit duo exempla. ſ. nihil dare & eſt ultimu; in ſubtilitate. & cibaria ſanorum. & cum proceſſit uerſ⁹ nihil dare. totum hoc uocabat ſubtiliatiuũ & cum incepit a nihil dare & gradati; peruenit ad ptiſanam & panem lotum lotione bene ſubtili. & ſic eundo ad cibaria ſanoꝝ ut dabatur intelligi. totũ hoc uocabat ĩgroſſatiuũ. ET dignior. Conſiderãdũ ꝙ ingroſſatio in principio egritudinis cõueniẽs ſumif̃ large pro omni cibi datiõe que in principio cõuenit ꝑ^m egritudinũ diuerſitatẽ. In quadã g° ingroſſatione eſſet uinũ granatorũ. in quadã iuleb. in quadã ptiſana. in quadã pulla. & ſic de aliis. & hoc facit tibi fidem ꝙ. A. ꝓ ingroſſationez intelligit id quod dixim⁹. Hic caderet queſtio an regimen in febre ꝓcederet in ſubtiliãdo. & eſt q̃ſtio de qua prolixe prĩo affo. notatum⁹. & p° caũ. ſen. 4^a. & cõciliator diffuſe loquit̃ in ea dr̃a. 134. Et nos dicam⁹ breuiter hic ꝙ in febribus in quibus expectamus criſim & que ſeruant mã; ad expulſionem una; creticã a prin° ingroſſamus regimen & ꝓcedimus ſubtiliãdo uſq; ad ſtatũ & hoc uocatur cõiter regimẽ uniuerſale. Dignior g° hora ad ĩgroſſandũ eſt prin^m quia diſtat a ſtatu & pugna. Vnde uirtus non eſt multũ occupata cum mã ut dixit. A. q̃nq; tamẽ accid^t ĩforma ꝑticularis regiminis qđ in prĩcipio ſubtiliam⁹. Et in caũ ꝓpter defectũ uirtutis. q̃nq; in ſtatu ĩgroſſamus & hoc regimẽ uocaf̃ particulare quia fit ꝑ^m ꝑticulares diſpões indicantes. Cõſiderãdũ ꝙ quãuis in ꝓncipio febrium oporteat groſſius dietari. tñ nõ abſoluit̃ hec dietatio a nocumento Sed minus nocumẽtũ eſt id quo uirt⁹ debet ſuſtentarī ad pugnã in hora ſtatus dare a principio & gradati; ꝓcedere q̃ dare in ſtatu uel prope ſtatũ. Et quia in principio cibus generat nocumentũ licet minus. ideo ſuccurrit. A. illi nocumento cum ſparſione. q̃ đ quidam expoſuerunt. i. cũ paulatiuis euacuatõibus. & aliqñ cum fricatione & melius. i. cum partitione cibi in pluref partes qa minus grauabit uirtutez & minus diuertet ea; a digeſtõe materie quã facere debet & hoc eſt quod dixit quoniã eſt leuius iterũ ſuper uirtutez & ex mõ loquẽdi iterũ innuit. A. alia; eſſe cãm ab iſta. quam p̃mittit. Eſt g° prima cauſa quia cibus partit⁹ pauc⁹ ĩ uice datus meli⁹ uincitur & min⁹ mã; malã multiplicat. z^a cauſa eſt min⁹ qa grauat uirtutẽ unde min⁹ a digeſtiõe materie nã remouef̃ & ideo dix^t iterũ ET ESTAS. Ponit cõuenientẽ cibationẽ & electionem ſpẽru; diete in ſermonibus uel cañ. magis ſpẽalibus. & primo dat cãm cibationis ꝑ^m tpa anni z° ꝑ^m ſpecies egritudinis. 3° ꝑ^m diuerſam diſpõez uirtutis. 4° ꝑ^m ꝺplexiõez 5° ꝑ^m ętatez. ibi z^a. Et cum intellexerif ibi 3^a. Et q̃nq. ibi 4^a. Et de corporib⁹. ibi 5^a. Et ſenes. Primo incipit a cañ. cibationũ in eſtate. & uult ꝙ addatur in nũero cibatiõis ꝑ^m ꝙ homo frequẽter

cibetur & dat duas cauſas. Prima quia in eſtate uirtus eſt debilis ꝓpter reſolutionē factā a calido. quare nō ꝓteſt multaꝫ quātitatē digerere ſimel ī una uice. oportet ergo ꝙ cibef pluribꝰ uicibus. Secūda cauſa eſt quia reſolutō in eſtate eſt quaſi continua. & hoc eſt quod dixit ꝓpter ſparſionem. oportet ergo ꝙ cambiū. i. reſtauratio ſit ꝑ ſparſionē. i. quaſi continua. taliter tamē ꝙ cibus non impediat cibum in digeſtiōe Iam eniꝫ ex hoc ꝓbaretur ꝙ continue homo cibari deberet. Sed quia cibus cibum impediret in digeſtione in ſtomacho non poteſt continue comedere ſed tam frequenter ꝙ continue quaſi ſit ſucceſſio nutrimenti ad mēbrum. ET IN HIEME. Hic eſt cañ cibatōis in bieme. & uult ꝙ ecōtra fiat qa raro & paucis uicibus homo cibef & copioſius in uice. & ad cauſas oppōitas duabus cauſis p̄dictis in eſtate. Prima cā opponitur zᵉ quia in bieme reſolutio eſt parua quia nō ſic cōtinue homo reſoluitur. gº homo nō indiget cambio. multo. i. multis uicibꝰ. Secūda cauſa eſt oppōita prime. quia eniꝫ in bieme uirtus eſt fortis ad tollerandū cibum ſubito datum. i. in quātitate multa & paucis uicibus. hoc enim uocat ſubīto & dicit ꝙ eſt fortis apud expulſionem eiꝰ. quod poteſt triplr̄ exponi. Primo ad impellēdū ipm in mēbra. Secūdo. i. ad expellendū eiꝰ ſuꝑfluitatē. Tertio ꝙ poſtq̄ cibus eſt expulſus per oēs digeſtiones ſtat uirtus lōgo tempore fortis ꝙ non diſſoluūtur mēbra ſed in eſtate non. Dubitaf primo de cauſa quā. Auic. dat ad ꝓbādū ꝙ frequēter in eſtate cibes. raro aūt in bieme. quia dicit ꝙ reſolutio ē per ſparſionē. i. q̄ſi continue. nam continue uidetur etiam in bieme. Aer enim inhabitans nos cōtinue reſoluit. Aer enim in omnibus diſpōibus reſoluit ꝓpter id quod in eo exiſtit de uirtute ſolis & ſtellarum. ut prīo cañ. fen. zª. Et ſi forte diceres ꝙ parum reſoluit ſufficit mihi ꝙ ſit cōtinua & ſic debet cambiū eſſe cōtinuuꝫ ut ē poſſibile. Amplīꝰ uideꝛ ꝙ homo magis reſoluiꝛ in bieme qa prīcipalis reſolutor eſt calor naturalis & hoc in bieme ē fortior ut apparet in ɔᵗᵒ affo. Ventris bieme. Et amplius magis dñt corpora parari ad ſudoreꝫ. i. artificialr̄ magis aperire poros & ſudorē ꝓuocare eſtate q̄ bieme. Omnes eniꝫ antiqui ita dicebant ut Aꝟ. ꝓbleumatū zº. pº ꝓbleumate. Sed ſi reſolutō eēt maior in eſtate nō oporteret artis auxilia addere in illa. Dicamus ergo ꝙ cañ. iſti ſunt cōes ſanis & febricitātibus. īmo non ꝓbant de febricitātibus niſi per diſpōem ſimilē ſanis ab bis tp̄ibus. zº dicamus ꝙ iſti cañ. ſunt ueri in corporibus in quibus ab eſtate fit uirtutis debilitatio per reſolutōeꝫ. & ab bieme caloris confortatio per aggregatōem uel non debilitatio per diſſolutionem. Corpus enim quod in bieme mortificaf̄ frigore nō poſſet tollerare cibuꝫ una uice & corpus quod uigoraretur ī eſtate calore ut ſeminis frigidi corpꝰ tollerarer maiorem cibi quātitatē q̄ in bieme. Poſt hec dicamus gº ꝙ calor aeris ɔtinue nos alterat. & qa in eſtate eſt calidus acutꝰ primo īmediate nos diſſoluit. i. aperit poros & nos reſoluᵗ Scđo acuendo calidū noſtꝟ facit ipm magis reſolutiuū gº cōtinue in eſtate reſoluimur & ſic continua reſtauratione & continuo cambio indigemus & quāto magis continue eſt poſſibile nutrimentū in mēbra ferri eſt melius pº ut continue deperditōni ſubueniaf̄ Secūdo ut tēperef̄ caloris incendiū a cibo. & bº fit ɔtinua cibatōe. i. frequēti ſm̄ modū poſſibilē ut dictum eſt. In bieme aūt cōtrariū dicendū eſt ut apparet nec oportet ꝓlongare ſermoneꝫ Quarto dicemus ꝙ reſolutō in eſtate facta eſt māior in quātitate indifferenter iuuatiua & ſuperfluica ſiꝫ cōuerſa in uaporē nec calor aeris diſtīguit nociuum ab utili in reſolutione. nec calor naturalis extranior factus diſtinguit accidit gº bonas reſolui & ſic cōtingit etiam de malis mēbris remaneri & bonoruꝫ que remanent partes corrumpi & fieri malas extranco calore. Sed in bieme reſolutō occulta q̄ ſolū ſuꝑflua a iuuamine ſeperata reſoluūtur inſenſibiliter naturalr̄ eſt minor unde non trabūtur que debent ire per urinaꝫ ad

cutim ſed ſola ſuperflua 3e digeſtōnis
inſenſibilr diſſoluta uᵖreſoluta a nobis
recedunt. Violentia aūt eſtiui caloriſ
trahit uerſus cutim ſuperflua que a li
unde deberent recedere & cuȝ hoc uti
lia reſoluunr. Ex quibus apparet. q̄re
plus debemus in eſtate parare ſudorē
quia ꝓuccare ipm aliquo ſolutiuo. In
hieme aūt minus licet in promptu qs
diceret. quia in hieme eſt timor de per
cuſſione partiū ſudantiū a frigore ae
ris in eſtate non tantum. Tamen Aȳ.
probleūmatū 2°. ꝓbleumate 34°. reaſ
ſumpto p°. ubi clarius ſuā intentionē
exprimit aliam dat cauſam. Et dicit q̄
i hieme minus oportet parare ſudoreȝ
quia humida in nobiſ ſuꝑflua a calido
cōtracto interi9 digerūtur & expirāt
Omnibus g° huiuſmodi humidis aut
pluribus cōſumptis nō indiget corp9
expulſione conata. i. per conatuȝ facta
ſ. arte faciente ſudorē. Sed in eſtate ca
lido naturali reſoluto per rarefactam
carnē humida noſtra nō bene digerū-
tur imo corrūpuntur que int9 manēt
& ideo indigent huiuſmodi humida
hauſtiōe. i. extractiōe dicta. Et ſubdit
Aȳ. ſmones notos. Ex his ceſſant
argnmēta ultima. & tu afferas ad hūc
locum quecūq; diximus ſuꝑ afforiſmo
prime ꝑticule. Vētres hieme. ubi mꝑa
diximus de reſolutōibus hiemalib9 &
eſtiuis & expoſui im9 noſtro modo. 2°
ꝓbleumata Aȳ. pallegata. Ad argu
mentū dicendū q̄ argm cōmittit falla
ciam propter qōnem de cōtinuitate re
ſolutōis. & quia quēſtio nō eſt de pro
poſito dicamus primo cū fundamento
cōi q̄ ſunt nutricatō quātū ad diſpōeſ
eſt cōtinua. ſic quātū ad inductōeȝ for
me eſt diſcōtinua. quia inductio forme
fit in ϕ. ut cōiter creditur ſic reſolutō
que eſt corruptō humidi aut mēbroȳ
que nutriunr. aut etiam aliquaȳ ꝑtiū
inanimatarū que in uaporē conuerſa
abeūt in cōtinens. quantū ad diſpōeȝ
eſt actio cōtinua & fit in tempore ſed
quantū ad remotionem forme fit ī. ϕ.
& quēadmodū forti exñti calore näli
nūtritiuo in ſpacio unius diei naturaꝑ
ut in exemplo ex ſua actōe conſurgūt
plura nutrita eſſe & ſic frequentiora
& eo exñte debili pauciora q̄uis utri-
uſq; actio cōtinua ſit in toto tempore.
ſic calido aeris exñte forti ut in eſtate
in una naturali die erunt plura reſolu
ta eſſe carnis & boni nutrimenti q̄ in
una die naturali hiemis & frequētiori
egebim9 cābio ut dixit. A. Et ſi uelles
tenere q̄ reſolutio & nutricatio quan
tum ad inductionē forme ſubſtātialis
ſint actus continui ut alias tenuimus.
Poteris etiaȝ Auic. ſaluare ſnīaȝ in bo
q̄ reſolutio hiemalis eſt cū pauca pau
carū partiū b onarū. Vnde cib9 ſemel
datus poteſt ad lōgam repōȝ ſufficere
Hec aūt non ꝓlōgam9 qa multū ſunt
profunda. Dubitatur 2° an tot9 ci-
bus quem homo debet ſumere in eſta
te in pluribus uicibus in una die natu
rali ſit amplior toto cibo qui cib9 pau
cis uicibus ſumitur eodē ſpacio tpis.
Et uidetur q̄ amplior ſit per Auic. cū
dicit eſtas indiget additione & ſepera
tione. dixit g° additione quantum ad
qūātitatē. & ſeperatione quantum ad
numerū. Amplius in eſtate ſit maior
reſolutō & boni & utilis humidi. ergo
maiori indigem9 reſtauratione. In
contrariū ypo. in affo. cuȝ dixit his g°
tpibus ablatione plures. ā. Franciſcuſ
de pedemontiū tenet q̄ qūātitas tota
cibi quā in eſtate dam9 eſt maior tota
qūātitate quā damus in hieme. Et bo
ꝓbat perr Auic. hic. & per rōeȝ adduc
tam uigoratur opinio ſua. nā frequēs
& multa reſolutio indicat frequētiam
& multitudinē cambii & ſic multipli-
cationē cibi ſed multa reſolutio eſt in
eſtate. g° ſine dubio nō inuenir Gaꝑ.
auctoritas contra iſtaȝ opinionem que
auctoritas nō poſſet exponi. Sed rabbi
Moiſes in 5to affo. prime particule. Et
quibus ſemel aut bis que nos trāſlata
uimus dicit ſic ad lfam. Eſtas eſt tps
quo debet dari cibus pluribus uicib9
& mīoris qūātitatis de quocūq; come
dar in omnibus uicibus hoc uidebar
ſignare lra hebraica in omnib9 illis ſiꝑ
& nō referebar ad quālibet illaruȝ qa
illud uidebar certū. Et quāuiſ pro illa
opinione rabbi Moiſes nō pñt adduci
demōſtrationes tñ ꝓbabilr ſic poteſt
ꝓbari corpora ex natura eſtatis habēt

in se plures supfluitates q̃ ex nã corruptas hiemis. igiſ ex b° idiget corp? mĩori quãtitate toti? cibi. ꝺñtia eſt nõ ex ꝺ^to afferiſ. ꝑallegati. añs ẽ notũ ex dictis ſ^m ſnĩaz Aꝟ. z° ꝓbleumatũ & Gaſ. in ꝺ^to affo. Vẽtres hieme. Ampli? uirtus trãſmutatiua cibi eſt multo fortior in hieme q̃ in eſtate. g° maiorem molem cibi ſuſtinere poteſt. Hec ratõ ab aduẽrſario ſtatim ſolueref qa debile agẽs in lõgo tempore poteſt tãtum quãtuz forte in pauco tempore facere & accipiet lõgum tps ſpaciũ omnium digeſtionũ mꝉtiplicatarũ ſ^m numerũ multiplicẽ cibatõnũ in eſtate. Et huic ſolutõi dices ꝙ calor naturalis ĩ eſtate eſt ita debilis ꝙ in oĩbus illis uicibus quib? cibaf & digerit nõ põt digerere tãtum cibuz quãtũ illis paucis uicib? hiemalibus digerit. Et ſine dubio nos hoc didicimus experiẽtia quorundaz laxiuiorũ nobis notorũ qui in hieme guloſe comedũt in nocte añ diez & añ tertiã & in tertiis & ĩ nonis & de ſero. Et quãdo in eſtate eãdẽ quãtitatẽ cibi frequẽter uoluerũt comedere nõ potuerũt ſine notabili moleſtia. Hoc exẽ pluz eſt per exper ẽtiã quo cognoſces ꝙ in hieme maior quãtitas cibi tolleratur in oĩbus cibatõibus q̃ in eſtate Attẽdẽdum tamẽ eſt ꝙ aliquis potus cito digeſtibilis & cito trãſiens poſſet tollerari ĩ eſtate magis & ĩ maiori quãtitate q̃ in hieme. & mihi appaz ꝙ de eo in eſtate ampliori q̃titate poſſz dari & pluribus uicibus q̃ in hieme. & per experientiã uidemus ꝙ corpora bene diſpõita dcã ſupertus & corpora febricitãtium tollerãt maiorẽ quantitatem potus in eſtate q̃ in hieme. & b° uideſ ſentire Raſis. 17°. cõti^tis ca° de aere cũ dic^t. Tunc in eſtate utere cibis hũidis & uinum ſit multum & bene limphatum. Ad cõtraria dicendum ꝙ. A. cuz dic^t additione. i. ſeperatione. & cũ dic^t non facit indigere cambio multo i. multis uicibus. Ad aliud diciſ ꝙ aliud eſt indicare fieri & aliud eſt indicare poſſe fieri. nõ eſt dubium ꝙ eſtas pon^t neceſſitatẽ mꝉci cibi quia multuz bonũ humidũ ꝺſumit & hiems pauci per contrariã cãm. Sed non poſſumus hoc facerẽ qa ĩ eſtate uirt? eſt debilis in hieme aũt uirtus eſt fortis. & ideo poſſumus hoc facere. Et tũc ad arg^m dicẽdũ ꝙ eſtas ex pte reſolutõis indicat plus cibi q̃ hiems. ſed ex pte debilis uirtutis nõ potentis tranſmutare indicat minus. Sed tu diceres ſi hiems indicat paruz cibi dare q̃re g° dabam? multũ. dicẽdũ ꝙ ĩdicat pauca dari ſed uirt? fortis potens multa digerere ĩdicat multũ. etiã niſi ſit copioſ? ſanguis & ſpiritus uincef a frigore aeris ut in ꝺ^to affo. Ventres. ET antumn?. Hic ponit cañ. dicẽ cõueniẽtis in antũno Conſiderãdũ ꝙ ut uult. A. in antũno z° conſideramuſ ut ordinem? regimẽ. unum eſt debilitas uirtutis. quia antumnus eſt tps maluz debilitãs uirtutez ut apparet primo fen. z^a. de pulſu temporũ anni. Secundũ eſt repletio ex corruptis humoribus & ꝑpter hãc antũnus eſt etiam tempus malũ. Simulatur enim morbo de corruptione ut in ꝺ^to affo. Et quibus ſemel. ſed primũ de iſtis indicat cibatiõez & additõnem in cibo & ſic ingroſſationem. ſ. ut uirtus debilis cibo confortef. z^m autẽ ſ. repletio ex corruptis humoribus indicat ſubtiliationẽ & paucitatem cibi quia corruptiõi neceſſaria eſt abſciſio & euacuatõ. nõ repletio ut in ꝺ^to affo riſmi predicti ſumitur ex trãſlatione greca. oportet ergo ꝙ dicta in hoc ſubtilief ſed ꝑpter uirtutis defectũ frequẽter cibabif ſed ꝑpter corruptõez parum dabif de cibo. Cum g° comperabif ad eſtatẽ & hiemẽ medio modo inter illa ſe habebit ut cõiter auctores tenent ſiue concordãt. Non enim ita frequẽter cibamus ut in eſtate nec ita paucis uicibus ut in hieme nec tantũ dabimus de cibo ut in hieme. nec tam parum ut in eſtate. iam enim calor incipit reaggregari & ꝓhiberi a diſſolutõne ĩ reſpectu eſtatis. & ſ^m hoc tenẽt magiſtri ꝙ uirtus ſit fortior q̃ in eſtate & debilior q̃ in hieme. Et hic eſſet loc? conſiderationis. hoc g°. A. uoluit cum dixit ſpargere. i. frequẽter paulatim. i. parũ eſt melius. & rũc dedit generalẽ cañ. noctũ. Dubitatur quare nõ dix^t de uere. Dicẽdũ ꝙ de eo dedit

intelligi eodem modo ſicut de antūno
Eius enim diſpō eſt media inter eſtatē
& hiemē. & ideo minus damus de cibo
in uere q̄ in hieme & plus q̄ in eſtate.
Dynus uero dixit q̄ a uere & ab aliis
tp̄ib⁹ poteſt ſumi indicatio dupliciter
uno modo ut ſunt cauſa diſpōis corpo
ralis. ſ. repletōnis & ſic cum uer ſit cā
repletionis & ſimuleſ morbo repletō
nis ut dixit Gal⁹. in 2to affo. predicti.
competit in uere paucus cibus. Alio
modo ut eſt cauſa diſpōnis uirtutis &
reſolutionis corporis cuius gratia fit
cibatio & iſto modo uer indicat multuz
cibum ſicut hiemſ licet nō tantū quia
uirtus eſt fortis & pauca eſt facta re-
ſolutio & poterat hoc Dynuſ dulcius
dicere dicendo q̄ cibatio ueris quedā
eſt preuiſiua ſiue preſeruatiua de qua
loquitur Auic. primo cañ. fen 2^a. illo
ca^o. aer calidus. & Raſis 17° cōtinentis
ca^o de aere. & ut ſic paucū cibū dam⁹
& flebotomamus & euacuam⁹. Alia
cibatō eſt in hominib⁹ bene ſanis non
neutris & iſta ē copioſa de qua loquiſ
afforiſmus uentres hieme. ET ſcias.
Iſte poteſt eſſe illatus ex p̄dicto ut ue
lit q̄ in antūno conſiderādo corrupti
onem humorū ualde ſubtiliarem⁹ ſed
cōſiderādo uirtutē nō poſſumus quia
ualde deficeret. Et poſſet eſſe quidam
cañ. p ſe. & dicamus q̄ iām poſuit cañ.
cibatōis ſ^m tēpora anni. hic ponit ſ^m
morbos. primo in gñali. 2° in ſpeciali
ſ^m morborum ſpēs. ibi 2^a. & cum. In
prīa uult q̄ indicatiōe ſumpta a morbo
nō darem⁹ cibuz ſed uirtus nō ſuffert
hoc ſed deficit in multis morbis & cuz
deficit non ualet curatio. Curatō eniz
eſt uirtus ā. ut ſciuiſti precedenti ca^o
ut ſcitur etiaz in principiis primi libri
ubi ſunt ſcite uirtutes opantes & ſunt
ſcite opationes materierū & q̄uō agūt
mote a uirtute. ET CVM intellexeris
Hic pōit cañ. in dieta ſ^m ſpecies egri-
tudinis. ut egritudinū uel febriū q̄dā
peracute quedā abſolute acute. q̄daz
cronice ut Gal⁹. 2° & 3° p̄noſticorū &
3° de creticis. Et primo pōit cañ. re^nis
peracutarū abſolute. 2° cronicaruz. 3°
ponit cañ. in cibatione que eſt a prin^o ī
tompatione ad ſtatū. ibi 2^a. Et ſi. ibi 3^a
Verū. Cōſiderandū cū intellexeris.
hoc quod dictū eſt de ſpēbus regimīs
& hoc q̄d dictū eſt in cañ. precedēti q̄
niſi reſpicerem⁹ uirtutē ultīe ſubtilia
rem⁹. Ex hoc enī ſequiſ q̄ ſi eſt ali
qua egritudo in qua nō curam⁹ de uir
tute. cura que eſt per cibū eſt q̄ in illa
omnis cibus poteſt p̄hiberi. Conſi
derandū 2° q̄ duo ſunt q̄ indicant hic
non dari cibum. unū eſt principale &
eſt natura egritudinis quia ualde acu
ta citi ſtatus imo tota ſtatus ut q̄ dicīſ
peracuta terminabilis in prima 4ta uel
citra. Aliud eſt coindicans uel ꝺſentiēs
ut uirtus fortis quā extimas in h^o tpe
nō deficere etiam ſi non detur cibus
aliquis uel ſi nō detur ſpiſſus. ſed deſ
ſolū uinū granatorū uel iuleb ſubtile
ualde. Et dixit extīa ueris quia omnia
iudicia ultimata ad opus ſunt extima
tiua. Conſiderādū 3° q̄ dat cauſaz
ſiue cañ. debet enim medic⁹ quantum
poteſt alienare occupationē a uirtute
& excitare eam ſuper mām. Si g^o indi
caſti q̄ iſte ſine cibo uel ſaltē ſine cibo
groſſo pōt ſtare uſq̄ ad criſim & pu-
gnam perficere malum eſt cibare illū.
Conſiderandu3 4° q̄ diceret aliq⁹
quare dixit dimiſſione cibi. iam nō eſt
alia ſubtiliatio q̄ illa. Dicendū prīo
ſaltem cū dimiſſione cibi oīno. ſ. groſſi
Vel dixit quia poſſet ſufficere potari
aqua pura tepida uel calida uel frigida
ut tibi uideſ. Conſiderādū 5° p̄p̄e
in die criſis hoc dixit quia ſi tu es ī am
biguo de cibatione & nō uidetur tibi
aliquid dandū in peracuta febre fac q̄
a principio des ut non cogaris in hora
prauiori que ē hora criſis cibare. ET
SI VIDERIS. q̄ egritudo acuta eſt
qūe in .14. diebus finiſ regimen g^o in
ultimo nō ſubtile pōt eē dare ptiſanaz
aut aliquid de reb⁹ que ſunt de ſūma
ſubtiliū dietarū uerſus ultimā ſubtili
tatem que eſt nihil dare in die criſis p̄
prie que dies pugne niſi p̄pter cauſaz
maximā. ſ. p̄pter caſuz uirtutis uia re
ſolutionis. accītibus enim uirtutem
diſſoluentib⁹ illico cibus eſt dand⁹. ut
dixit Gal⁹. ET SI VIDERIS. Per
cronicā egritudinē aut p̄p̄iquā crōiciſ
forſan intellexit acutaz tropicam ſiue

conuersiuaz que est longa usq; ad 40. dies ut Gal. primo ꝓnosticoruz. & 2° de creticis. tu aũt accipe hoc exemplũ rethoricũ Aliabatis 3° practice ca° de regimie corporis per uictũ. qui aucto ritate antiquorũ assimulat medicũ pe regrinãti morbũ peregrinatõi. s. spacõ uie. & uirtutẽ ifirmi assimilat expẽsis Sicut g° peregrin⁹ expensas extimat ꝑm uie longitudinẽ & breuitatem sic medicus facit etiaz & est notũ. Cõ siderandũ ꝙ iste spẽs regiminis supr⁹ dicte possunt adaptari ad tres species februz ut peracute cõpetat dieta sub tilissima. acute absolute media. crõice grossa uel quead lat⁹ grossuz declinãs Et hic magist̃ri faciunt distinctionem dietarũ subtiliũ grossarũ & mediaruz multiplicẽ. Dicunt̃ enim primo alique tales diete quia sic ad inuicẽ compant̃ cibaria in multitudie uꝑ paucitate nu tricationis. & uocant illaz diuisionem diete sumptã ex parte materie. quam diuisionẽ dicunt esse illã quã supra. A. posuit. Secũdo aliqꝙe dicunt̃ tales respectũ egritudinis. ut que competit peracute uocat̃ subtilis. & que acute uocat̃ media. & q̃ crõice uocat̃ grossa.

Tertio alique dicunt̃ tales respcũ uirtutis relate ad statũ ut dieta q̃ põt ducere infirmũ ad statũ uocat̃ media. que nõ potest uocat̃ subtilis. que põt ultra ducere uocat̃ grossa. Quarto alique dicunt̃ subtiles medie & grosse per appropinq̃tõez & receszuz ad cibũ sui sani & ꝓcedũt cõiũctim iste diete ꝑpiquior grossior est & distãtior sub tilior. & sic omne quod datur de cibo inquantũ est minus uel aliqua ꝑuatio uocat̃ subtilis dieta inquãtuz est aliqd quod datur uocat̃ grossa. Hic nõ plus ꝓsequimur quia debent sciri in ꝑn° in p° ca° fen. 4ª ꝑmi can̄. VIRVM. Hic est can̄. cibationis a prin° uersus statum qualr̃ graduari debet & uult ꝙ ꝓcedat subtiliando respectu ei⁹ qd fuit datum a prin°. Considerãdum ꝙ dixit ī omnib⁹ speciebus. s. diete qua aliquid conceditur uel in omnib⁹ spẽ bus. s. febrium. In peracutis eniz si in principio dedisti iuleb in augmẽto da bis uinũ gtanatoꝝ in statu uero nihil In acutis absolute in principio dedisti ptisanam in ꝓcessu iuleb in statu nihil ꝑprie in hora crisis. In cronicis si a ꝑn° dedisti pullam in processu far ordei in statu dabis ptisanam si status occupat dies aliquos uel multos. hec sunt dicta uia exempli & iudicio extimatiuo cãz aũt huius gradatõis diete. A. assignat

Considerãdũ ꝙ uolẽtes temptare aliquã egritudinẽ aut quia crisis non est futura in morbo aut ualde distat a principio subtiliamus tunc & iterum ingrossamus post illud ut apparebit ī ca° de 4ana & sextana & d̄ cottidiana. ET QVANDO SCIS. Hic potest esse can̄. exiens a p̃cedentib⁹ in quib⁹ concessit dietã subtilez uel illi ꝑpiquã & uult ꝙ totũ b° fiat uirtute ispẽcta qa si eẽt fortis potẽs stare ebdomada una cum paucissimo cibo sufficiat in firmo solum iuleb. & si times ꝙ datio iuleb nõ sufficeret sed requirat̃ aliqd parũ plus da aquam ordei quia nutri tiuior est iuleb ut supra. A. intellexit. uerum credamus ꝙ mẽs A. fuerit ꝙ in magnis casibus uirtutis non modo succurrat̃ cum aqua ordei ĩmo cũ car nib⁹ & uino ut apparet. 3° can̄. fen xi² Sed eius sermo est ualde particularis s. ubi indiget uirtus pauciss̃imo cibo si non sufficit iuleb detur aq̃a ordei uel ptisana ordei. Cõsiderãdũ ꝑpe in febribus aposthematuz. quia in illis debemus multũ attenuare ut materia diuertatur a cursu ad partẽ aposthemo sam corpore facto auaro ꝑpter cibi ab stinentiaz. unde in aposthemate itestini recti facit Auic. ieiunare duob⁹ dieb⁹ ut a 33° can̄. fen. 16ª. ET CVM ambi gua. Hic est secũd⁹ can̄. annexus pre missis. nam diceret aliquis mihi nõ sta tim est nota a primo die spẽs egritu dinis. quid g° faciam de dieta. & dicit ꝙ meli⁹ ẽ subtiliare regimẽ q̃ ingrossa re si uirtus consentit. & hoc est quod dicit te obseruante uirtutẽ. i. consi derante & manutenente uirtutem & tol lerantiam. i. ꝙ infirm⁹ posset tollerare

Et ex hoc soluit̃ quest̃io an sit me lius subtiliare q̃ ingrossare regimen. Dicendũ ꝙ subtiliare ꝛstante uirtute i. uirtute consentiente. & ista solutio

ista sit grossa tñ ē melior que dari pōt licet sup prima particula affo. multuz super hoc plongauerimus sermonem insimul cū nostris pdecessorib⁹ & finaliter ad hanc solutionē grossaz oportet peruenire. Sed tu diceres tollerātia uirtutis est ꝑm morbi plixitatē. sed iā psupponit ꝙ nō cognoscā spēz morbi Dicendū ꝙ medic⁹ aliquā cōiecturaz maiorem habet de hoc q̄ un⁹ uulgarū & ideo opinatur de tpe morbi. s. de p- duratione & ꝑm illud mensurat uirtutis tollerantiā. Sed tu diceres pono ꝙ medicus nihil cognoscat. Dicenduz ꝙ ī hoc nulla potest dari bona regula. quid igi² faciet? faciet a casu sicut una uetula. Hic aūt caderet extimatio in casibus talibus. pono ꝙ una febris debeat esse plixa 40. dierū qs est maior error an ꝙ medicus cibet a principio subtilius quā oportet opinans eaz esse breuē. an cibet grossius q̄ oportet opinans eam esse plixiorē siue longiorez. Secūdo pono ꝙ aliqua febril sit durativa i4. dieb⁹ quis est maior error an ꝙ medicus subtiliet plus q̄ debet credens eam terminari in septem diebus. aut ꝙ ingrosset plus credens eam terminari in 30. & diximus de hiſ p° affo. & aliquod prin^m dat nobis Gal. in h° primo de crisi. 16° cap°. Et generaſ cā huius cañ. est in p̄cedēti cap° ubi dix^t si ignoras febrem subtilia regimen.

ET ILLIVS. Hic est cañ. tertius annexus predictis & omissis alioꝝ expositoribus dicamus ꝙ Auic. uideſ sentire quēdam ex antiquis opinatū fuisse ꝙ in febre quantūcūq; acuta de materia colica subtili dz dari cib⁹ & uirtus confortari cum cibo. & hoc ꝑpter z^as causas. Prima quia materia ista febriū est subtilis g° non est intentio digestioni ei⁹ & sic si uirt⁹ digerit cibū & nō attendit ad mām digerendam non est curamdū. Secūda causa est quia intentio non est ad euacuationez materie cū tu uolueris eaz fieri a natura uel tu eā facere si ipa non facit. sed in actu euacuationis oportebit uirtutē esse fortē & sic cibum dare oportet. Hūc errorē Auic. scire fecit iā qñ repbēdit Rasiz supra & hoc quantū ad primā causaz. & qñ dixit ꝙ cuz est opus flebotomia uel euacuatōe subtiliamus. non ergo debemus dare cibum nisi qñ timemus casuz uirtutis. & hoc est quod dicit & ego iā te feci scire errorē illi⁹ qui existimauit ꝙ cibatio & confortatio. s. cum cibo copioso ā. q̄ndoq; nō est intentio digestioni & est intentio cū euacuatōe si uolueris. i. semper cum uis & semp cum cōsideras istā egritudinē intentio est euacuatio siue illā euacuatōnē faciat natura siue nō faciat natura sed ars & quia intētio est cōfortatio ā. Immo qñ & sic in febre acuta cib⁹ nō ꝺuenit nisi qñ times casuz uirtutis. aliter aūt posset iste cañ. introduci ut incipiam⁹ ibi. Et qñ scis. & dicam⁹ ut supra dix^t ꝙ ponit cañ. cibationis ꝑm quasdaz habitudines & cōplexiones & dispōnes uirtutis & ponit in hoc tres cañ. & eadem sīa remanet. ET DE corporib⁹. Hic ponit cañ. cibationis ꝑm quasdaz habitudines & cōplexiones & primo totius. z° partis. ibi z^a. Et de eis sunt. prima in tres sicut tres ponit cañ. in cibatione ꝑm tres cōplexiones uel habitudines. ibi z^a. Et sunt. ibi 3^a. Et oīs.

Circa primū cañ. dubitaſ an corpa colerica indigeāt ꝺrario regimīe eius quod diximus. Videtur ꝙ non quia multa sunt talia & sic in multis hoc faceremus cum tñ raro accidit hoc fieri. Amplius cōplexio sicca indiget conseruari siccis sicut humida hūidis. Vnde dieta humida conuenit infantibus & grassis. g° non debēt isti cibo hūectari Rufus dic^t ꝙ hoc est qñ sunt assueti comestione plurima. contra h° ē Gal. primo re^nis acu. zo. ꝺ^to. ubi ponēs exē pla duo ponit illū cui⁹ uult attenuari regimen esse ꝺ suetū comestōne pluria Et uideſ ꝺueniēs qa plurima comestō est signū plurime repletionis & etiaz causa eius. quia ubi plurima repletio nō cōuenit cibus imo plus cōuenit nō cibari. Dicenduz primo ꝙ corpora colerica de quibus est sermo hic sunt corpora exuberātia. colera calida sicca macra resolubilia multū & utētia uita in multo exercitio & uigiliis. & hic ē iuuenis de quo loquitur Gal. x°. te^ce. 3° ca°. & in h° de causis procatarriſ z°

ca°.nō g° omnia corpora colerica ſunt talia ſed quedā.& talis erat modus loquēdi Auic. nō enim dixit corpora colerica ſed dixit.Et de corporibus.q.d. aliqua colerica. Secūdo dicendū q̄ regimen ſupradictū ab Auic. fuit q̄ poxiſmus occurrat uētre uacuo & q̄ non cibet in hora poxiſmi.ſ.neq; ſtāte poxiſmo.fuit & q̄ pacuta exñte febre homo nō cibetur īmo auferetur cibus Iſta g° corpora colerica indigent regimine diuerſo ab hoc.quia in principio poxiſmi poſſum⁹ cibare & ſtāte poxiſmo & debente fieri & quacunq; hora poxiſmi occurrim⁹ eis ſi nō ſunt cibati cibamus eos.Vnde x° te^ce 5° ca°. de eis dicit Gal.q̄ in omni tpe peroxiſmi eos īnocue cibamus.ſed minus īnocue in declinatiōe.Hic aūt Auic.ptractat q̄ ſiue in prin° ſiue in augmento ſiue in quocūq; tpe cogimur cibare iſtos. Et arguit ſic iſta corpora colerica uel ſunt debilia in uirtute propter multaz actionē reſolutōis & inflāmationis & tūc adueniente febre ſupuenit eis ſincopis per uiaz reſolutiōis & moriētur ſubito in poxiſmo.uel ſunt fortia.ſ.fortitudine que reſiſtit ſincopi & morti ſubite in hora poxiſmi. & tūc cū ipſa ſint ſicca & īflāmabilia cadūt in etiā & arefactōem. & apparebit eis facies tornatilis q̄lez p° pnoſticoꝝ deſcribit ypo.& ſic fuit infirmus.G.quia enim in prioribus tpib⁹ adhuc febriēs erat fortis ex febre & abſtinētia factuſ eſt aridus cuz facie tornatili. poſtea uero ſincopizauit.& ſi nō fuiſſet cibatō quā G.ſecit fuiſſet mortuus in illa ſincopi & hoc.G. oñdit per eū ſaluatuz fuiſſe hominē illum uſq; in diem illuz. ſed ſi h⁹ colericis corporibus tu das cibuz ſiue in hora poxiſmi ſiue ſtatim eo debēte uēire ſiue das cibū in ipſo poxiſ° ſiue in principio ipius febris acute. remittit aridꝰ ſiue acuitas caloris & pbibetur eius reſolutio & ſincopis & arefactō.quare ꝺueniēs eſt ꝺtra formā dcōrū cañ.ſupra cibare eos Ad p^m cōtrariū patet ſolutio. Ad z^m dicit q̄ hoc accñs quod timet pindicat nāli complexioni. Ad 3^m dicunt quidaz illū tex.Gal.eſſe falſum. aliter homo aſſuet⁹ multo cibo aliq; eſt eo īdigēs & iſte eſt homo diſſolubilis & reſolutiu⁹ multi cibi. cui ex hoc nō aduenit multa repletio neq; impugnatur neq; habet feceꝝ plurimaz. & de iſto loquit Auic.3° cañ.fen.13^a. ca° de diſpōnibus ſignationū ſtomachi.& de iſto loqtur hic Auic. Aliquis eſt cōſuetus multo cibo nō īdigēs eo & q eo replet & faſtidit & ꝺſtituit ex eo in diſpōne neutra iſte eſt cui in febre competit mīoratio cibi ex hoc.& de hoc loqtur Gal.prio re^nis acu. Aliter diximus q̄ ꝺſuetudo multe comeſtionis uel eſt lōginq tpis añ morbū & iſta eſt de qua Auic. hic loquitur. uel eſt ppinqui tpis. & de iſta loquitur ibi Gal.& redit in idem

Dubirat 2° an hora ſtatuſ ſit hora prauior ad cibādū q̄ hora prin^li poxiſmi.Videt q̄ nō p Gal.p° re^nis acu.ꝺto penultio.In ꝺtrariū ē Auic. Quidā dicūt q̄ Auic. loqtur hic de principio & ſtatu uniuerſalib⁹. ut ſi uelit dicere ſi in iſtis fieret una ꝺtinua acutiſſima. nedū in principio eius.ſed in ſtatu debemus cibare.ſed ſtatus uniuerſalis ē prauior.& pſupponit Auic. ut notuz eſt q̄ a principio poxiſmi & ſtat⁹ etiaz poſſumus cibare. Alii dicūt.ſ.Thade⁹ ſup illo afforiſmo. In poxiſmis.q̄ iſta littera eſt corrupta & uult dicere īmo in hora que eſt prauior. & ē hora ſtat⁹.Calor enim febrilis tūc ē magn⁹

Alii dicūt.ſ.conciliator q̄ nocumētum cibationis.ſ.in principio poxiſmi eſt maius extenſiue.quia extendit ad plura tpa. Sed nocumētū in ſtatu eſt maius intenſiue & plus nocet in ſtatu poxiſmi. cum ſit uehementior febre. Et hanc eandē ſolutionē Thade⁹ īnuit

Alia eſt ſolutio Dyni & Mundini. & eſt q̄ hic loquit de pncipio & ſtatu poxiſmi cum dixit q̄ hora ſtatus eſt prauior & nō dixit q̄ prauior ad cibādum.ſed ītellexit q̄ eſt prauior quātū ad accītia arefactionis qa conſumptō & arefactio pl⁹ fit in ſtatu poxiſmi q̄ī priucipio. Et nos dicamus hāc expōez ampliando illaz qa hic loqtur de tpib⁹ uniuerſalibus febris acute cuz accidit illis corporibus colericis. uel etiam de tpibus pticularibus poxiſmi cum eis

aduenit interpollatio ſicut fuit in ex°
Gal'.Et dicamus q̄ in ip̄o principio p̄
acute nō oportet cibare ſolo iuleb ſed
farre ordei uel ptiſana ſ̄m q̄ tibi uideſ̄
Et ſimilr̄ in prin° p̄oxiſmi & nō ſoluz
in principiis dictis ſed in ſtatu uniuer
ſali ul' pticulari poſſumus cibare.quia
ſtatus eſt hora prauior in facīēdo acci
dere omnia accn̄tia que iſtis apta ſunt
euenire per uiam reſolutioniſ ſicut ſin
copis & mors ſubita & arefactō ut no
tum eſt īmo etiam declinatio p̄oxiſmi
prauior eſt i principio p̄oxiſmi in occi
dendo per uiam reſolutionis ut appet
3° de criſi ca° z°.& īfra fen.z^a.de hora
& ſpēbus mortis. Cōſiderandū q̄
lr̄a reperiſ̄ triplex.ſ.depaſta & uenit
a depaſco ſcis depſſa uel plana. Cō
ſiderādū q̄ duplex mod⁹ ſincopis pōt
iſtis colericis aduenire.unus per uiam
reſolutiōis caloris & iſte aduenit plus
procedente p̄oxiſmo q̄ in prin°.Aliuſ
per uiaz deſtuxus colere ad ip̄m ſtoma
chuz & iſte multū aduenit in p̄ncipio
p̄oxiſmi. quia tūc eſt hora agitationis
in interioribus. Cum g° A.itellexiſſz
prius de ſincopi per uiam reſolutiōis
dixit & fortaſſe quia quibuſdā poteſt
ſupuenire. Dubitaſ̄ pōito caū pre
dicto febriētis quod eſt melı⁹ an ante
p̄oxiſmuz ſtatim preuenire cum cibo.
an in principio p̄oxiſmi.an augmento
an ſtatu cibare. Dicendū q̄ in iſtis
oportet ne febris īueniat ſtomachū ua
cūū a cibo & ideo ante p̄oxiſmū . p̄xīe
tamen illi cibare minuſ ē malū ut cib⁹
aliquā digeſtionē ceperit.& ſi erratuz
ē quocūq̄ tpe ſibi occurreris ciba illū.
& ita fecit Gal'.x° te^ce.& in li° de cāis
p̄ catar^cis. Aliter poſſz dici q̄ in iſtis
poſſet eſſe ſincopis per uiam decurſus
colere ad ſtomachū & tunc oportet ci
bare añ p̄oxiſmū paucotpe uel in ip̄o
principi o p̄oxiſmi.ut colera fluens ad
ſtomachū nō īueniat ſtomachū nudū.
ſed inueniat cibū cum quo miſceaſ̄ &
q° euētur & quo eodez cibo ſtomach⁹
confortes. Si aūt timor ſit per uiam
reſolutōnis & arefactōnis ſtatim ante
p̄oxiſmū oportet cibare ut calor febri
lis inueniat corpus humidū uaporib⁹
primi cibi.ſ.cibi ſtomachi.& tunc con-
ſideret medicus aduenientē p̄oxiſmo
& ſi uidet addi ariditatē & debilitatez
ſignū eſt q̄ nō ſufficit cibus datus añ
p̄oxiſmū. quare iterū det de illo hora
qua uidet neceſſitatem & erit in ſtatu
apparētior talis neceſſitas.tamē ſi ſine
periculo poſſet deferre ad declinatiōz
eſſet hora cōuenientior.ut dixit Gal'.
x° te^ce. ET SVNT. Dubitatur de
hoc cañ. quia iſta ſunt corpora calida
& humida & iſta poſſunt tollerare eſſe
abſq̄ cibo ut dix^t Gal'.8° te^ce. Dicē
dum q̄ corpora exuberantis carnis ul'
ſunt rara reſolubilia. & de iſtis ē ſ̄mo
Auic.hic. & ideo dixit ſunt quidā uel
ſunt dēſa in poris & iſta tollerāt ſa mē
& poſſz eſſe aliquibus carnoſis aliqua
ſpēalis ſtomachi diſpō & aptitudo re-
ſolutionis & debilitatōniſ.Vnde in eo
nō tolleraret eē abſq̄ cibo. ET omīs
Dubitatur de hoc cañ.'quia ꝯrariarū
diſpōnuz regimina debēt eē contraria
Si g° unus nō tolleraret eſſe ſine cibo
alter debet tollerare. Amplius calor
innatus debilis parū reſoluit. g° tolle
raret abſq̄ cibo. Amplius ſenes facilr̄
ferunt ieiuniū.& tamē habent caliduz
debile. Rurſus calor multus oſtēdit
multā ſanguinis copiā & talis tollerat
eſſe abſq̄ cibo. Dicendum q̄ Auic.
intelligit per iſtos pueros & decrepi-
tos.puerol' intelligit quorū calor ē for
tis.ſ.in qualitate.aut plurim⁹.ſ. in q̄n
titate. & dicit hoc ꝓpter diuerſitatez
opinantiū in complexione pueri & iu
uenis.uel per hoc q̄ dicit fortis intelli
git corpora colerica.uel dixit fortis in
actione & plurimus in forma.uel dic^t
fortis quo ad iuuenes.plurim⁹ quo ad
pueros. Videtur tñ q̄ idem uelit per
fortis & plurim⁹ qa unū ſibi oppoſu^t
cuz dixit debile.quocūq̄ g° noſter ex
ponaſ̄ ſermo eſt notus. per hoc aūt q̄
dixit aut calor innatus eſt ualde debil'
intellexit decrepitos & nō prīo ſenes.
& ſic ceſſat arg^m penultimū. Dicam⁹
g° q̄ pueri qui habent calidū multum
reſolubile nō poſſunt dimittere cibuz
ut dixit afforiſm⁹ ypo. decrepiti autē
ſunt ſicut lucerna extinctioni parata.
& ideo nō poſſunt dimittere cibū. ſed
in utriſq̄ ē diuerſitas ī poſſe dimittere

cibum. quia decrepiti indigent parco & frequẽti. ſed pueri idigẽt pluri cibo & cum hoc etiaꝫ frequẽti. Ad p^m dicendũ ꝙ cõtrarie diſpõnes in eo in q^o ſunt cõtraria idigent regĩe contrario. plurimus enim calor qa plus digerere poteſt plus cibi idicat q̃ paucus. & ſic pueri & iuuenes plus cibi idicant q̃ decrepiti. Sed in quo conueniũt. etiam in regimine conueniũt. Vterq; enim eſt extinctõni parat⁹ nec nõ cõſumptioni plurim⁹ eniꝫ calor pueri p reſolutõem paucus uero decrepiti p uiã extictiõis g^o utriq; cito ſubuenĩẽdũ eſt cũ cibo.

Ad z^m dicendũ ꝙ licet calor debil decrepiti parũ reſoluat. ſi tñ ſue parue reſolutõni nõ ſuccurrat cito extĩguiſ nõ habens ab itrinſeco humidũ conueniẽs unctuoſuꝫ quo ſuſtẽtef. hic tamẽ eſſet locus ſpeculatõnis. Ad ulti^m dicendũ ꝙ multuſ ſanguis reſolubilis indicat cibũ dari. ET DE HIS. Hic eſt cañ. cibatõnis ſ^m quãdã diſpõnem ſtomachi. Cõſiderandũ ꝙ homies qdaꝫ ſunt ifelices ex generatõe in qb⁹ colera fluit ad os ſtomachi q̃libet leui cauſa omni die. de qbus Gal. loquitur in tegⁱ trac. z^o. & z^o ca^r de aplexiĉ ib⁹ & z^o re^nis acu. p^to z9^o. Cum ergo ſit aliq; homo cui ſtatiꝫ ĩcbeãte poxiſmo colera fluit ad os ſtomachi ſequtur ex hoc dolor ſtomachi & dolor capitis & multis ex eis ſincopis. & h^o ẽ qđ dixit de eis. ſ. colericis & iſti ſunt đ hoc gñe .ſ. nõ tollerantiũ eſſe abſq; cibo uel de genere corporum que req̃rũt regimẽ diuerſuꝫ ab eo qđ dixim⁹. uñ cogim⁹. cibare ãñ poxiſmũ uel in p̃n^o poxiſmi uel in aliqua hora poxiſmi. Cõſiderandu z^o ꝙ diſpõ horum corporuꝫ & ſupi⁹ dictoꝝ differt. qa illa piclitãtur uia reſolutõis & arefactõnis liꝫ tñ h^o alicui eoꝝ poſſet effundi colera ad ſtomachũ & facere ſincopiꝫ. uñ dixit ibi fortaſſe ſupuẽit ũ. ſed iſti de qb⁹ hic loq̃tur ut cõtra diſtinguũtur illis piclitãtur & male diſponunt ſincopi dolore capitis & ſimilib⁹ accñtib⁹ ſtomacalibus ꝓpter colere effuſionẽ ad ſtõachum & non eſt cauſa in hoc debilitas per uiã reſolutiõis & debilitas ſequẽs ex h^o. & iõ ñ operꝫ ꝙ ſint coſiciſſimi uel colerici habitudĩe. & ideo dix^t. A. ſi ſu puẽit ei ſincopis cã nõ ẽ uehemtia debilitatis uirtutis. ĩmo effuſio colere ad os ſtomachi. Sed poſſet contingere in iſto etiã ſincopis per uiã debilitatis & reſolutõis. Et ideo dixit & in plurimis. Ex qbus apparet ꝙ cibatio etiaꝫ differt. Dicti enim ſuperius debent cibari cibo nutritiuo & humectatiuo. uerbi gr̃a ptiſana ordei & alis ſi tibi uidetur. Et poteſt dari uinum etiã añ poxiſmũ ut ĩnuit Gal. ĩ libro đ cauſis ꝙ catarticis. ſed iſti qui ſola pcuſſiõe ad ſtomachum ip̃ius colere habẽt hec accñtia. cibantur ante poxiſmuꝫ cibis medicĩalibus refrenantibus colere audaciã & etiã cõfortantib⁹ os ſtomachi ut uino granatorũ uel ſirupo aceroſo & cuꝫ eucm uerint cũ eis cõfortamus poſtea cũ aliq^o ſlip^co. ut rob đ agreſta ut ſcif ex ꝫ^o cañ. fen. iꝫ^a. Et cũ diſpõ ẽ mixta. ſ. ꝙ corpora ſint coĺica ſicca reſolubilia & ꝙ colera ĩtẽdif & timeĩ de fluxu ad ſtõachũ dam⁹ cibaria mixte uirturis. ſ. nutritiua cõfortatiua & repreſſiua acuitatis colere. & quia ſuſpicandum ꝙ multũ ita ſit. Et ideo Gal. cum tali forma cibationis proceſſit. & Auic. hoc idem innuit cũ dicit. modo ſufficere aquã ordei mõ ſufficerĩ uinũ granatorũ miniſtrari modo dare ſirupum aceroſuꝫ. modo pmixtũ cũ mĺta aq̃. & ſcias hec. ET SENES. Modo ponit cañ. cibationis ſ^m etates. Et p^o hoc. z^o errores docet euitari. ibi z^a. Et multotiens. Et licet cañ. ſuperi⁹ põit⁹ fuerit applicatus ad etatem. hic tamẽ cañ. expreſſior eſt & declarans illũ. & forſan ꝙ illi ſmones poterãt adaptari ad diſpões etatuꝫ & ad diſpões ſimiles illis qñ non eſſent ex etate ſed ex egritudine alia uel alia pticulari diſpõe h⁹ hõis. Et diceretur omnis cuius calor naturalis eſt debilis ualde ut decrepitorũ. aut plurimus ualde ut puerorũ ſiue hoc ſit etate ſiue alia diſpõne non poteſt dimittere cibũ. & ſic iſte cañ. q hic ſcribitur eſt ſolũ de etatib⁹ uel eſt manifeſtius de etatibus quia parũper ad aliqd extra etatẽ ampliauit cañ. cũ dixit. & debiles. i. decrepitis ſimileſ. ut ualeſcẽtes ex morbo ualđ reſolu^uo ẽ

De primis uero ſenibus eſt aſſoriſm⁹ ſenes facilīe ꝛc. & ſequunt eos.ſ.ſenes in hoc q̄ eſt tollerare famē adoleſcētes Contra imo iuuenes. Dicendu3 q̄ per adoleſcentes intelligit iuuenes & adoleſcētes. Adoleſcentia enim iuuētute3 ſignificat ut cōciliator dria.iz4. & p̄ prie.ſ. primi ſenes qui facilime ferunt ieiuniū ſunt bñtes ſolida mēbra. quia denſa p̄hibita a reſolutōne amplas uenas.ſ.ex multa materia cōtenta. nō tñ multo calido reſoluēte & ampliāte in aere frigido ꝛc.& p̄prie.ſ.adoleſcētes. qui ſequūtur in tollerando famem ꝛc. Raſis uero i7°.cōtinētis 4° ca°. unde Auic.accepit hiuc iſtū paſſu3 ſic dicit illi qui ſunt debilis uirtutis ſic^t decrepiti.& multe diſſolutiōis ut pueri nō poſſunt abſtinere a cibo.& poſt h° illi qui ſunt in ultimo iuuētutis maxime cum eorū corpa ſunt duri tact⁹ pauce diſſolutionis & largi potus & aſſueti aere frigido & re^ne groſſo añ morbū ET MVLTOTIENS. Hic ponit errorem qui accidit ut illu3 euites. z° oñdit nocumēta q̄ ex illo errore ſunt. ibi z^a. Et accidit. Conſiderandū q̄ ille error aduenit multum medicis & frequēter. Ab ip̄o enim principio cōtēti cañ.ſupi⁹ poſito. Et cū ambigua ꝛc.ſubtiliāt pl⁹ q̄ cōueniat.unde cogūtur ī ſtatu uel p̄pe īgroſſare.& h° tota die accidit. Conſiderandū z° quod dixit ſ^m aliū modū.Multis eni3 mōis poteſt in cibatōne cadere error preter iſtum errorem.g° iſte eſt alius.& fuit unus illorū qui cibant & confortant in febre acuta. & iſte eſt alius ab illo. Similr̄ fuit unus nō cibare colericiſſimos ante poxiſmū & iſte eſt ali⁹ error

Cōſiderandū 3° q̄ iam errauerunt duobus modis un⁹ fuit quia debebat in principio cibare groſſius. & non cibauit.ali⁹ eſt quia debebat in ſtatu cibare ſubtilius & cibauit groſſius.ET SI IPSI. Contra quia cibaſſe eos in principio nō fuiſſet error.Dicendum q̄ omnis cibatio in febre māli includit aliqd erroris ut diximus ſupra affo.p ticule 7^e. Cibū quem accipiūt febrici tātes ſanis eſt uirtus ſed in p̄ncipio ēmior error q̄ in ſtatu uł ut iā appuit

Vel dicendū & ſi cibarēt eos.ſ.groſſi⁹ q̄ debēt in principio. ut error ingroſſationis ultra debitū ſit tollerabilior in principio q̄ in ſtatu toti⁹ morbi & hic potes multa afferre de dictis z° regie acu. ET ACCIDIT ISTIS.ſ.qui nō cibanr̄ in prin° & poſtea ſubito replētur in ſtatu ut accidāt eiſ catarri ꝛc. & totus ille ſermo eſt ypo. z° re.acu. illo paragrapho. mł rotiēs aūt a capite crudi de genere colere. Et ꝟ^to2 ibidem perfecte aſſignat cām horū accn̄tiū uidelicet catarri.i. curſus acuti materie rū calida3 & hoc fit tp̄e abſtinētie ſuperfluę p̄pter inflāmationē. & tp̄e & ſup̄fluę repletōnis in ſtatu q̄ cibaria corrūpuntur.unde materie cadētes & fluentes in ſtomachū nauſea3 faciunt. Vigilatiui q̄ uigilant cū eis tā īaniti prius q̄ repleti poſt p̄pter reſclutōe3 .ſ.multo3 uapo3 ad caput aſcēdētiū uel reſolutiōe3 ex fame precedenti.Et priuatōe3 digeſtionis cibi cū replētur uerſus ſtatū.& inquieti fiūt & reuolnūtur tam in tp̄e inanitiōis ſup̄fluę repletionis.Alienanr̄ p̄pter uapores ad caput aſcēdētes in utroq; tp̄e. coartantur materie tp̄e repletōnis quia nā nō uacat ad illarū digeſtionē & expulſionē.& tempe famis ſi debeant cibari p̄pter debilitatē ex reſolutōe uirtutis coartātur.qñ debilitanr̄ ex reſolutōe uel aggrauatōe multiplicantur ꝛc. Et reliqua ſunt nota.& tu adiūgaſ hic ſermones Gal.in ꝟ^to predicto.

Canon in dādo & potandū ſirupū acetoſu3 ad aquā ordei.

QVA ORDEI.ꝛc.Promiſit Auic. in p̄cedēti ca° ponere ſermonē ſingularē in aqua ordei & ſirupo acetoſo q̄uia frequenter de eis dixerat in capłis p̄cedentibus.& ideo de his facit ſermonē.& primo de modis cōponēdi hos potus.z° ponit cañ.in eodem uſu ibi z^a.Et aggregare.prima in duaſ.p° ponit modū cōponendi aquam ordei. z° ſirupū acetoſum. ibi z^a Et melior. prima in duas. p° ponit diuerſitatē aq̄ ordei ex pte modi ponendi ordeum in in aqua.& modi decoctōnis.z° ex pte ordei in ſe. ibi z^a. Et aqua q̄de3 ordei.

prima in duas ſicut duo ſunt hii mōdi. ibi z^{a}. Et de ea. Conſiderādū ꝙ iſta eſt aqua ordei q̄ cōiter utim^{r} in potu febricitantiū. & eſt in qua non tranſit corpus ordei in aqua ſed ſola uirt^{9}. & hoc quia pono ordeū integrū ad buliendū cum aqua. uel non pono farinam ordei ſed corp^{9} ordei. & qa res ſubſtā^{e} ſpiſſe ſi debēt ſuā uirtutē in decoctiōe trāſmittere in qua decoquunt oportz eas multū decoqui. ut li^{o} z^{o} ca^{o} 5°. ideo oportet iſtam aquā complere decoqui. Aliter nec curat nec utilitatem facit. quia nec abſtergit nec nutrit. Conſiderandū z^{o} ꝙ nō ſic abſoluit iſta aq̄ a ptibus corporeis ordei quin aliquid tranſeat. ſed illud eſt parum & parum nutrit. ſed uirtus ordei ſupficialis que eſt abſterſiua tranſit. & ideo plus abſtergit & apit. & ut ſic digerit digōne leui. quia nō facit fortem impreſſionez nec in frigidādo nec īapiendo. & ideo dixit digeſtione equali. i. leui. hūecta^{o} enim & ablutio eſt proprie per aquaz. extractio aūt ſupfluitatuz eſt proprie per abſterſionē & ablutionē & abſtrahit illa per fecem & etiā per urinaz. & ſi uis illā magis medicinalez & minus nutritiuā ꝓmitte eaz reſidere & abice fecez eius & notū eſt ſacraiati ēapud aliquos ponđ. ʒ. iiii^{or}. cuz media. Alii dicūt ꝙ eſt ponđ. ʒ. 6. ſed nō laboram^{9} in hoc. quia hic nō poteſt cadere error uult enim ꝙ ſint zo. ponđ. aque & unū ordei que apud nos nō dicit ptiſana ſz aqua ordei. Dubitatur utruz aqua ordei ſit potus cōuenien ſ omni febrici tanti. Videtur ꝙ ſic qa in febre calida & frigida illā Auic. laudat z^{o} can̄. ca^{o} de ordeo. Amplius ptiſana ordei ꝺmē dat generalī ſup omne de grano fcūz cibariū in his acutis paſſiouib^{9}. quare & aqua ordei cuz ſit medicinalis. Amplius aqua ordei infrigidat & hūectat quia ordeū frigidū eſt & humidū. uñ ordeū humidius eſt frumēto. ut Aꝛ. ꝓbleumatū. p^{o}. ʒ6^{o} ꝓbleumate. In contrariuz qa aqua ordei excitat quia eſt ſiccū in uittute ut z^{o} can̄. Amplius calefacit ut i6^{o} continētis. ubi utenduz ē eo qđ calefacit ut aqua ordei & aqua melliſ. Dicendū prīo ꝙ aqua ordei que eſt quidā potus & nō ptiſana pōt fieri magis abſterſiua & min^{9} infrigidans & minus humectans & h^{o} eſt ꝙ ab ordeo exterior cortex abiciat & nō interior. Alia eſt que fit ex ordeo cuz ſuo cortice abiecto. & iſta min^{9} abſtergit & magis hūectat & magis nutrit. eſt enim in cortice ordei uirtus abſterſiua. Et hos duos modos aque ordei Meſue poſuit. Secūdo dicendū eſt ꝙ hic nō eſt queſtio an ꝺpetat ut cib^{9} quo ſint cōtenti febricitātes. qa notuz eſt ꝙ nō cōpeteret niſi in febre pacuta in qua cōpetit dieta ſubtiliſſima non in ultimo que eſt nihil dare. uel dare uinū granatorū uel iuleb ſubtile ſolū & hec ſunt nota ex premiſſis. Sed dubitatio eſt an aqua ordei cōperat eis ut quidā potus cottidian^{9} & extraordinarius. febricitātes eniz nō poſſunt teneri qn ſepe potare uelint. Et dicendū ꝙ in febrib^{9} calidis. ut febre acuta colericis & ſanguineis pōt ſatis cōcedi iſte potus. Ratio eſt quia lauat abſtergit ꝓuocat temperat calorē. cito etiaz de ſtomacho exit ut intelligit ab Aliabate. 5° theo^{ce} ca^{o} de ordeo. ſed an uel eam magiſ abſterſiuā & medicinalē an min^{9} in re eſt ſ^{m} ꝙ apparet de diſpōe. In febrib^{9} aūt frigidis & flegmaticis & melācolicis & ꝓprie qū ſunt īterpo^{te} in quibus nō querit tanta infrigidatō nō eſt forſan potus ſic aſſiduandus. & ſi ea uis uti debz eē abſterſia & forſan mixta cuz apio & fen^{o}. ut docet Auic. in z^{o}. Sed tu dices quē potuz dabo ut cottidianū iſtis habētib^{9} febres frigidas. Dicendū ꝙ aquā ordei ꝑparatam ut diximus. uel aquaz cum pauco ʒuccaro nō albo ſi uis ꝙ pl^{9} abſtergat Et in continuis febribus fortibus & acutis utimur pro potu cōtinuo uino granatorū. niſi uelimus aquam ordei.

Ad contraria dicendū. ad primū ꝙ Auic. nō concedit ſolam aquam ordei in febribus frigidis ſed cū apio & fen^{o}

Ad z^{m} dicendū ꝙ arguit ꝙ in acutis febribus ſit potus bon^{9}. Ad ʒ^{m} dicendū ꝙ querit ꝺplexionē an ordeū ſit ſiccū uel humidū. & dicendū ꝙ ordeum in cōplexione eſt ſiccuz uirtute tamē habz quaſdā partes humidas nō

bene digestas.& signū ē qa ē uētosus & inflatiuū.& est similis sicut dicimus qꝫ ruta recens & zinziber sunt cōplexi onis sicce uirtualī & cum hoc habent quādaz humiditatē accītalē supfluaz signū in ruta recenti quia est uentosa & in zinzibere qa fit in eo cito uermis Qui gº dicunt ordeuz esse humidum intelligunt modo predicto.eius autez humiditas inflāmatiua p decoctionez digerir & quāuis ordeū sit siccū. īmo apud Aliebatē siccius est q̄ frigidum. temperaf eius siccitas būiditate aque & ideo aqua ordei remanet infrigidās & aliqualf humectās. & ꝓprie quādo ordeū est ab omni cortice exteriori p/fecte mundū. Ad rasim dicendum qꝫ credo illū textū esse corruptū & uult dicere utendū eo qđ nō calefacit. Vel dicendū aqua ordei calefacit.i. minus infrigidat aqua pura. Vel loquitur de aqua ordei que est abstersiua plus que minº infrigidat q̄ illa q̄ est plº lauatiua & humectatiua & minº abstersiua. & quelibz illarū appet ex p̄dictis. Du bitaf zº an aqua debeat eē uigintupla ad ordeum. Videtur qꝫ nō quia Aliab. 5º teraᶜᵉ. docet accipere unam partez ordei & 15.aque. Isaac uero in dietis p ticularibº.x.partes aque & unā ordei 3oar uero 16ᵗ.trac. tesetr. capº de cura apostematis pectoris.ii. partes aq̄ & unā ordei.Auic. uero & Mesue cōcor dant. Dubitatur 3º de quātitate ad qūam in decoctione debent ꝑuenire. Auic.enim docet illam reducere ad qn tam partem. Mesue uero ad medietatē siue ad tertiā partez. Isaac uero ad unā pārtem. Omnes q̄nes huiº soluūtur nam aquā ordei magis facimº infrigi/dativam humectativā & lauativā per multā aque quātitatez & paucā ordei & per decoctionē paucā.& hoc est qđ hodie fit ad laxiuiam febricitantiū. fa cimº aūt aquā ordei habētē plº đ uirtu te ordei abstersiuā & nutritiuā p mꝭtū ordeū & multā decoctionē.& q̄nq; de/coquitur tm̄ qꝫ multū transit de ordei uirtute & corpore in aquā & facit resi dentiā que est sicut ptisana. Nostri gᶻ auctores ꝓcesserūt diuersis iudiciis extimatiu's ꝑm diuersitatē febriuz & climatū. & ideo pauci ꝺcordāt in ꝺpōe aque ordei & tamē quilibet uerū dicit ET DE EA.Hic est secūdus modus aque ordei & est illa in qua est aliquid dē corpore ordei & farina eius.& prio ponit bº.zº ponit cañ.circa hoc.ibi zª Et quod magis. Considerandū qꝫ aqua ordei in qua est aliqd dē corpore ordei & farina eius potest fieri triplī.

Primo decoquēdo ordeum integrū prius depicatū & confricatum ultime tanta decoctione qꝫ ps eius intrinseca erūpatur in aquaz crepando & fiat de coctio eius multa & subtile huiº aque est medicinalius & grossuz est nutriti uū plus. & ideo quidā nolentes qꝫ de corpore ordei aliquid transeat ligant ordeuz in petia. Scđo fit frangēdo ordeū qđ apud nos uocatur far ordei.

Tertio fit accipiendo farinaz ordei decoquendo illam sub ꝓportione que nobis uidef. & uocatur ptisana ordei. ET QVOD MAGIS.Primus cañ. est ad remouendū errorez. nam multi cōsiderantes qꝫ Gal. precepit multam decoctōez ptisane ordei possunt super fluere in decoctiōe. & ideo uult qꝫ eiº decoctio sit cōueniens nō supfluа nec diminuta & đ bºsiat iudicio expti cci. Apud nos autē eius perfecta decoctio multū odore cognoscif. ET ACCI DIT.Hic est secūdº cañ. Cōsiderā duz qꝫ iam a nobis ꝓlixe declaratū est qualī fiat acetositas cibi in stomacho & quō fit a calido & quō fit a frigido. Cum aūt stomachus est nālī calidus. & accītalī frigidus. ut in colerico uꝰ iuuene febriente fit cōuersio reruz ad fumosuz.Cuz aūt stomachus est in nā frigidus licet calefiat accītalī causat ī rebus aquosis frigidis sicut lac & aq̄ ordei ebulitōez & quasi pūtredinē. ūñ acescūt in tali stomacho res huiusmōi & ideo infantes hītes causonez ꝓpter calidū obtusum esse ab humido.unde nō cōburit sed ebulire facit lac acescit lac in stomachis eorum. ut apparebit in caº đ causone.ET AQVA ordei. Hic ponit mōs aque ordei ꝑm ordei di uersitatem. Cōsiderandū qꝫ ordeū ꝑm posset intelligi ordeū a nullo cor/tice mundatū.& hic modus nou est in

usu. nec uidet conueniēs ꝑm Azaraniū li° 16°. p° ca°. ubi dicit ꝙ si in ordeo remanet aliqd d̄ cortice exteriori cōmouet tussim & uentositatē. Alio mō per ordeū illum intelligimus ordeū mundatū ab exteriori cortice grosso. & per ordeum excorticatū intelligim⁹ ordeū ab omni cortice mundū. s. exteriori & interiori. & hic uidetur mēs nostrorū auctorū ī quo ille aq̄ ordi differūt. iḋo apparet ex dictis. Si aūt uis ꝑ ordeum ipm nō excoꝛticatū itelligi ordeū sic⁹ est & a nullo cortice mūdū nō ꝓhibeo Et erit illa aqua ordei fortioris abstersionis. Vnde auenzoar de ea dix⁹ ꝙ ipā laxat uentrē. Dubitaf ut⁹ ordeum de quo fit aqua ordei debeat eē ordeū grossum uel minutū. Videf ꝙ grossum per Azaraniū. Videtur ꝙ minutū per Mesue cap° de aqua ordei. ubi dicit sit ordeū subtile. Dicendum ꝙ ordeum grossum uidef esse in ꝯplexione humidius ordeo paruo. ipa enim maioritas & ptēsio sui coꝛporis oñdit ei⁹ maiorē humiditatē. & ideo si uis aquā magis humectātē in febribus cōueniēti⁹ est facere illam ex ordeo grosso. & ita cōiter fit in ptibus nostris. Si aūt uis illā nō sic humectantem facillam ex ordeo minuto & sic cessant cōtraria. Vel dicendū ꝙ per ordeum subtile intellig⁹ Mesue ordeū qd̄ nos uocam⁹ grossum. qd̄ debet esse cblongū nō coniunctum grossum. Dubitatur an ordeū ex q° fit aqua ordei debeat esse integrum qñ ponitur ad buliendū uel confractum. Videtur ꝙ confractū per Isaac in dictis particularib⁹ ubi dicit confrangaf ordeū. & Azarani⁹ li° 26°. p° cap°. ubi dic⁹ molef uł pistef ī mortario d̄ lapide & baliab. 5° te^ce. ubi dicit teraf moderate. In contrariū est 3oar 16. thesir. ubi uult ꝙ qui frāgūt ordeū sunt lōginq a uia ueritatis. qa in unoquoꝙ semine est uita nālis anteq̄ destruatur & frangatur & per illā uirtutē alterat que sequitur eius integritatē per quam trahit ad se aquam. & in sūma uult auē 3oar ꝙ ordeū integrū habet uirtutem que sequitur eius integritatē per quā trahit aquā qñ stat in infusione. & anteq̄ bulat. sed qñ bulit aperiunf eius pori. & hec aqua ordei habet ordei uirtutem. sed si ordeum frangif moritur ibi uirtus in eo. & est simile de hoc. sic⁹ de ordeo quod si seminatur integrum nascif & trahit ad se būiditatē a terra. sed si frangaf nō nascif. & hāc rō3 sūpsit aū. coll3. 5° . ca°. d̄ ordeo auctoritate Auenzoar. Ista cōtradictio leuiter tollitur. nam si uis aquaz ordei magis nutritiuā ut de faria siue medulla grani ordei aliqd in aquā transeat oportz cōrerere ordeū. Si aūt uis aquā ordei magis medicinalē alteratiuā & abstersiuam sine nutricatione buliat ordeum integruz. Multi tamē auctores quādo precipiunt ordeū confrangi nō intelligunt ꝙ rumpaf sed ꝙ pisetur ut sepereſ cortex ab eo. & sic intellexit Isaac ET MELIOR. Considerandū ꝙ in hoc sirupo acetoso est infrigidatio per aquā & acetum. est etiā humectatō per aquā. etiā aliqualī per zucchārū si non est antiquum & inscidit & aperit per acetū & abstergit per zucchārū & etiā aperit. ex hoc ē pot⁹ cōueniēs ī fe. & d̄ hoc sirupo nos iam fecimus tractatum singularē. dixit autē acetum quod est de uino quia istud est magis incisiuū & ꝓfundans pl⁹. Cōsiderandum ꝙ licet ponatur hic aceti quātitas qua infundatur & zuccaꝛ remaneat discoptum. tñ oportet in compōne huius sirupi considerare hominū naturas. ut dicitur 5° cañ. trac. 6°. Sicut enī boies diuersificantur in usu uini. unde qdaz possunt uti puro & qdaz nō sic. ita est de usu aceti & rerū acetosarū. & ideo oportet facere sirupū acetosum diuersum in acetositate ꝑm diuersitatē hominū. & est intentio Gal. 4°. de regie sanitatis. & Serapionis 7° prac. Hic g² sirupus qui ponitur hic est usualis & cōis compōnis. & qñ uteris eo potes plus uel min⁹ ponere de aqua ut uirt⁹ aceti plus uel minus frāgaf. & illa nos scriptimus super 5° cañ. in usu iſloruz potuum. Dubitaf utrū sit ꝯueniēs miscere sirupū acetosum cuz aq̄ ordei Videtur ꝙ sic per Auic. li° 3° fen. pria ca° de frenesi. ubi concedit aquā ordei cuz oximelle. Amplī⁹ statiz ifra docet miscere cum aqua ordei parū aceti. sed

si concedit cum ea miscere aceti 3. igit multo magis & zuccarū & aquam. sed sirupus acetosus nō est aliud nisi ista tria. Amplius infra cap° de flegmatica febre concedit hāc mixtionē. Amplī Gal. p° alim̄torū docet ptisane misceri acetū3. In contrariū Auic. In hoc est multiplex modus dicendi. Quida3 dixerūt q̄ non debent ista misceri. qa sunt diuersi pot⁹. sicut igitur cibaria diuersa nō debemus miscere ut li° p°. fen.3ª. qa non bene digerant sic nec diuersos potus. Ista solutio nō satisfacit quia diuersiores sirupos q̄ sit aq̄ ordei & sirupus acetosus tota die miscem⁹. Et cum dicitur q̄ nō debem⁹ miscere diuersa cibaria. Dicendū q̄ uerū est multū diuersa. unde digestio corrumpatur. sed aqua ordei & sirup⁹ acetos⁹ satis cōueniunt in absterſione apitōne & ꝓuocatōne & infrigidatiōe. Alii dixerūt q̄ cu3 aqua ordei pōt misceri paucus sirupus acetosus & nō mult⁹. Conciliator uero dria.169. solutionem predictā cōfirmās & ab ea inchoās dat causam quare nō debem⁹ miscere ista. qa opatōnes eor̄ confundunt qa sirupus acetos⁹ dimidit & sequestrat mās. & p̄parat eas ad expulsiōe3. aqua uero ordei abluit qđ incisum est absterſit & educit per sudorem & ꝓuocationē ut statim Auic. poner. Hec solutio nō placet qa licet diuisiuū materieru3 posset p̄mitti eductiuo. tñ sic̄ possunt misceri. Preparatio enim non impedit eductionē. unđ uidem⁹ q̄ nr̄i auctores faciunt medicinas cōpositas que sunt subtiliatīe diuisiue & euacūatīe mērū sicut appet in sirupo de eupatorio & epithimo. Aliab. uero 3° prac. cap°. de cura 3ane. dicit q̄ nō deb3 misceri squigibin. i. sirupus acetosus & aqua ordei imo nec statiz post ipam dari anteq̄ digerat. facit enim illa3 descendere a stomacho. & sic corpus nō pascitur ab ea laudabilr̄. Hec solutō est quā dat Dy. Dicit enim q̄ aqua ordei uel est cibus ut illa in qua est de corpe ordei. & ista nō debet misceri cum sirupo acetoso. quia sirupus acetos⁹ est cā q̄ descēdat indigesta & nō nutriat. & hanc dicit intentētionē Gal. 3° re^nis acu. Vel ꝯq̄ ordei est pot⁹ solu3. s. pot⁹ medicinalis alteratiuus & talis potest misceri cu3 sirupo acetoso. sic enī nō est icōueniēs misceri sirupū acetosu3 & aquā ordei ideo dicit Dy. p̄cepit. Rasis 9° Almā soris ca° de dolore epatis dare sirupu3 cum aqua ordei. sed si uelles ab aqua ordei effectus & opationes distinctas debet precedere sirupus acetosus. & postea dari aqua ordei. Nos aūtez iam dedimus hic duas solutiones. Pria est sicut solu° Dy. q̄ si aqua ordei de gratia cibi nō debet cōmisceri in ea sirupus acetosus in dosi sufficiēti ne faciat illa3 descendere. & si Gal. misceat cum ptisana acetū debet intelligi pax qđ sit incisiuū aut ꝓhibitiuū inflāmationis & nō sit tantū q̄ illa3 descendere faciat. Si aūt aqua ordei detur gratia medicine alteratiue pōt secū3 misceri sirupus acetosus & pōt ab ea separari ut apparebit. Alia solu° nostra est q̄ si est timor de acetosatione aque ordei & ex hoc timeat ab ea nocumentu3 nō deb3 secū misceri sirup⁹ acetos⁹ quia facit eā aptōrem ad hoc. & hoc innuit infra ca° de cura flegmatice febris & qa cōitas hominū est pleuor̄ stomachorū suffocatorū in calore sub multa materia ꝓpter multā malitia3 regimīs modernor̄ ideo plurimū timef de hac acetositate que est māla acetositas. & ideo cauemus mixtionē eorū & h° est qđ Auic. intellexit cū dixit qm̄ sirup⁹ acetosus corrūpit aqua3 ordei ꝑm plurimū. s. qa facit illa3 acescere dixit ꝑm plurimū qđ in aliqbus signei stomachi non faceret hoc. unde infra in stōacho calido cū aqua ordei miscet pax aceti.

ET NON OPOTET. Hoc pōt intelligi de ptisana que aqua ordei nominat. & hoc uerificatu3 est supra in principio precedētis capli. & est dictū ypo. p° re^nis acu. & potest intelligi de aqua ordei que ē pot⁹ medicinalis. ipa enim habet uirtutē absterg endi & lauandi superfluitates quas conducit ad loca fecu3. ꝓhibite g° ab exitu ꝓpter fecum obuiationē nocebūt uaporātes aut mote ad uenas. quare p̄mittatur crescere. QVOD SI. Hic ē tertius cañ. in quo docet obuiare cōuersiōi aq̄

ordei in acetū. eſt enim ipa de reb⁹ aptis ad hoc ex modo ſubſtātie & ꝯplexiōis ſi recordaris ſcie ſaporis acetoſi. ꝑmo igitur eligit ſubtiliores ꝑtem. qa citi⁹ penetrat & hab⁊ pl⁹ de uirtute abſtertiua ſubtili. 2° addit ſibi res calidas q̄ augent ſibi calorē in ſtōacho. uñ min⁹ ſit acetoſitas & iſta calida ut apium & piper ꝓſunt ſi materia febris nō eſt calida ſubtiliſſimo habet de groſſitie. ET QVANDO. Hic eſt quartus canon Credūt aūt aliqui lr̄am debere dicere parum uini. ſ. ad reſoluendū uentoſitates & exponūt ad calefactos. i. ad febricītes. Text⁹ ille aūt iacet ſic 17° continentis. ca° de febre ſanguinea. in fine. auc^te megebai. i. adiuuantis qñ uis ꝙ deficiat inſſo aq̄ ordei. pōe in ipo aliqd de aceto uini & proprie ad calefactos. Accidit enim ꝙ fortis calor facit ipam euaporare. unde inflat. acetum aūt & ꝓprie acetoſum. ſ. de uino acetoſo prohibet eam euaporare ꝓhibēdo aptitudinem inflationis. & facit cu⁊ hoc ipa⁊ cito penetrare ad urinam uel ſudorem uel egeſtionē. In quibuſdā tamen aliis corporib⁹ nō calefactis acetu⁊ adderet ad inflationē. unde ⅓° cañ. fen. zo². ca° de ꝑpiſſimo. acetoſa qñ ꝙ inflat cauſa huiuſ nota ē. VERVMTAMEN. Hic eſt quint⁹ cañ. hinc accipe ꝙ aqua ordei que eſt potus. & hāc uocat aquā alchiſt ſubtilem ꝛc. lenit uentrē quod intelligit cu⁊ dicit abluat & abſtergit & ꝓuocat urinam & ſudorē ut patet. hinc etiam accipe ordinē & ſirupi acetoſi & aque ordei & apparet ex dictis ſupra & tps ſue opatōnis qa. z. horis. ET NON EST. Hic eſt ſext⁹ cañ. ubi habetur ꝙ etiam apud. i. poſt cenā. ſ. iam digeſtōne completa poteſt dari ſirupus acetoſus ne añ hoc faciat cibū indigeſtū deſcendere. Alii uero exponūt apud cenam. i. ante cenam cū ſeperat⁹ eſt cibus. ſ. ꝑ⁹ ꝛc. & eſt ſermo etiā uerus. ET QVANDOQVE. Hic eſt cañ. ſeptimus. Cōſiderādū ꝙ ante poteſt dicere ordinē ita ꝙ pri⁹ detur iuleb ut quaſi reuiolat materiā & corporis ariditatē & poſt ea deī aq̄ ordei lauatiua & ꝓuocatiua de ꝑparātib⁹. igiī aque ordei opatō⁊ eſt ſirup⁹ acetoſus in quibus nō q̄riī būectatio ſed materieru⁊ inciſio. & nō determinauit quanto tpe poſt iuleb deī aqua ordei ſicut fecit in ſirupo acetoſo dere linquens hoc forſan tue extimationi. & forſan ꝙ etiam poſt duas horas aut parū plus poteſt etiā li qñ ꝙ dicere pre electōem. i. detur iuleb & nō deī aqua ordei. quia multo magis humectat qa ⁊uccarū humidū eſt & ordeu⁊ ſiccum. ET QVANDOQVE. Hic eſt octauus cañ. cui⁹ neceſſitas erat qa ſupra ꝑmiſerat cliſtere. ſed qñ oportet premittere lentiuū qđ ſuperiores partes leniat & mundificet a mēbris q̄s aqua ordei nō potuiſſet educere. nec etiam cliſtere. & iō dabis tamarindos. Nos aūt pulpa caſſie in hoc caū plus utim²

Dubitatur utrū in mane debeam⁹ primo dare ſirupū acetoſum ſimplicē q̄ faciamus cliſtere. Videī ꝙ pri⁹ debeam⁹ dare ſirupū. qa in ſirupo acetoſo eſt timor de excoriatione. ſed minor timor erit ſi deī ante q̄ fiat cliſtere. nam debilitat inteſtina & mūdat ea & facit ea preparata ad impreſſionē ſirupi acetoſi ut excorietur. Amplius ſirupus acenſus preparat mās ad euacuatōem igiī cliſtere poſt illud ſequi deb⁊. In contrariū qa p° re. acu. pcipiī ꝙ ſi op⁹ fuerit flobotomia uel cliſteriis nō deī ptiſana ſed illa fiāt prius ut etiā ſupra dixit Auic. quare ſic uideī de ſirupo acetoſo. Ampli⁹ Auic. pmittit cliſtere ante aquā ordei. g° multo magis ante ſirupū aceto^m. Dicendu⁊ ꝙ hic eſt ꝑmo de cliſtere linitiuo de quo dictu⁊ eſt cap° de cu. pū. & dico ꝙ ſi ſimul eſt neceſſitas utriuſq; ſc⁊ ſirupi acetoſi & cliſterii ꝓpter ſecum pūtiam premitti debet cliſtere. Ratio eſt quia uel ſtatim potato ſirupo impones cliſtere. & hoc facit agitatiōem ſirupi in ſtomacho & deſcenſum eius anteq̄ opatur. Vel impones cliſtere poſt per unā horā uł per duas horas. & tunc ſirupus acetoſus poterit mās mouere que nō habentes uiam nocebunt. & ſic poſſet ꝓbare ꝙ ſirupus acetoſus compōit⁹ nō debeat premitti ante cliſtere quia materias q̄s iuēit in iteſtinis poſſ⁊ facere penetrare per uenas. melius g² eſt ꝙ ꝑ° in mane

tempestiue clistere fiat & mundatis in testinis detur sirupus acetos9 simplex uel compōit9 ut materie que mouenr a sirupo inueniāt intestina lenita apta cursui & nō retineātur sup feces aliq° tpe. Similr sirupus acetosus opōitus nō inueniat materias malas purgādas per clistere sed inueniat itestina mūda ut possibile est. Si aūt aliquis medic9 sit bone extimatōis qui cognoscat tps in quo sirup9 acetos9 preparauit mās & abstergit iam aliquas ex eis uersus intestia.& illo tpe occurrat cū clisteri ita q nō sit periculū de mora supfluitatū motaruz.dico talem medicū posse pmittere sirupum ante clistere. Ad contrariū dicendū. ad primū q nō est bonū securare a nocumēto excoriatōis per nocumentū retentōis supfluitatū super feces. Vel dicēdū q factio clisteris ante sirupū acetosuz securat ab excoriatione plus q̄ si nō fiat qa dimittit intestina lenia. uerbi gratia per oleuz uio.& cassiam.& facit q materie male & acetosus sirup9 nō morēr ibi. Ad z^m dicendū q mās quas euacuationi preparat sirup9 acetosus educit nā uel aqua ordei. uel aliquod clistere qd alio modo fiet ꝫ^m mās quas sirup9 acetos9 abstergit uersus intestina educet cum adiutorio clisteris qd ꝓcessit q si starent in intestinis supra feces siccas in toto tpe in q° clistere illas nō educeret possunt ledere ualde per citū recursuz & euaporatōem. tue tñ extimatōni dimitto hunc ordinem.

De curationib9 febriū acutarū.

VOD DICTVM est ⁊c. Quia febres acute sunt timorose ualde ponit earuz regimen generale.& ꝑmo ad materiā. z° ad ipaz febrez. ibi z^a At modi. Considerandu3 q sicut uult rememorari de regimine lenitionis ⁊c. ita etiā de regimine per flobotomiam & forsan q obmisit quia febres acute de quibus est sermo sunt febres multe inflationis & iste ut plurimū sunt colerice ut in quib9 raro competit flotomia & ꝑ se nō cōuenit eis. AT mōi. Festiat Auic.ad cañ.curatōis acutarū quātū ad intentionē que est ad partez febris que est infridatio.& hoc quia in acutis multū oportet intendere ad h° & in hoc cōpletur.qd uidef diminutū in ca° de cu.pu.in uniuersali.& primo premittit sex modos extictōis caloris febriū acutarū.& declarat duos de illꝫ z° exē° declarādo alios modos. ibi z^a Et oportet. Considerandū q de liquiritia questio est an sit complexiōis calide uel frigide. tamē 3° cañ. fen. z^a ca° de paralexi. succus liquiritie ponir inter res habētes aliqd infrigidationis & nō est dubiū q etiā ꝓpter sui humiditatē potest repmere acuitatez colere tñ sua dulcedo fac^t ipm odiosuz acute febrientibus. & inflatio que qñq fit in eo forti calore febrili. Considerādum z° q guttur est pars in q̄ spūalia & nutritiua cōicant. Vnde ad partes gutturis mlti ueniūt uapores & mlta fit in eo inflatio.& ideo hūectari illud est causa ne fiant ulcera ne etiam fiat aspitas in lingua.& ne fiāt limositates que nociua sunt. ut apparebit ifra ca° ꝓprio.& cōtemperare eius caliditatez & ariditatē est utile ut temperer calor pulmonis & stomachi. quare est iuuatiuū ualde. reliq̄ sunt nō. ET oportet. Hec habet 4°^z sicut 4°^2 remanserunt modi infrigidādi & extinguēdi calorē acutarx febriū. Primo g° docet infrigidare cum infrigidatōne aeris. z° cum infrigidatōe cibi. 3° cum epithimatib9 & cum emplastris.& 4° cuz medicinis frigidis. ibi z^a. Regimē aūt cibi. ibi 3ª Epithima. ibi 4^a Et qñq est. Considerandū ꝓhibitionē frequētie. qdaz rudes exposuerunt. i. ꝓhibendus est frequens hanelitus. Sed Auic. uult q ꝓhibeatur hominū frequentatio ad infirmū. ipi enim calefaciūt aerem. Et ē qd dicit Gal. 4° te^ce illo ca° ptrāsea mus. ubi dicit ꝓhibentes iam multitudinē hominū intrare.& enim calefaciunt domū. Cōsiderādū q sarraceni partiū Auic. leniūt domos luto ꝓfecto cum paleis sicut nos facim9 cū cemēto ex calce & tales domus nouiter lini te cum calce non sunt bone imo uituperate a Gal. li° d utilitate respiratōis ca° 5°. meliorꝫs aūt sunt ualde q̄ luto sunt linite ex ꝓpinquo tpe. quia lutū

illud eſt humidi⁹ & frigidū in uirtute eſt enim illud lutū terra quedaꝫ tenax frē cōplexioīs. & ſi illud lutū ē ꝑfectū cum coto papiri.i.cum coto iūci aq̄tici eſt melius. hoc cotum eſt qđ naſcitur in ſūmitatē iunci.qđ dicitur ſic. qa de illo iunco fiebant carte:dicte carte papiri. licet modo carte noſtre dicanſ b° noīe.Illud aūt cotum iunci eſt frigide cōplexiōis.& ideo melius eſt lutū cuꝫ eo mixtuꝫ q̄ cum paleis.que non ſunt frigide cōplexionis. Conſiderandū ꝙ multos ſtrat⁹ ordinat Auic. Vnuꝫ ex reti ſup aqua.& aliū ſtratū ordīat ex panno tabari.i.lini. minus eniꝫ cale facit q̄ lana.ut ꝫ° Almāſoris. & primo cantice. Alii exponūt tabari.i.corio quod ponatur ſuper illo reti & ex his ſimilibus.ſ.rebus nō calefaciētibus & iſti lecti apud eos ſunt noti. uel ex his ſimilibus.ſ.ſitibus uniformibus equalibus qa nō iaceant ſtratus linteamīa duplicata ſiue rugoſa & īeq̄lia. ET RELIQVVS STRATVS. Hic eſt alius ſtratus ſuper q° ꝓiecto corio uel apud nos maturatio.poſſꝫ poni infirmus ad quieſcenduꝫ & eſt ſtrat⁹ ex extremitatib⁹ ſalicū ūt. Calati eſt ſpēs ſolatri. Sed uidetur ꝙ calati ſit aliqđ uas ut caniſtruꝫ uel modus tabule late ubi ponunſ iſte res & ſtant in camera infirmi. Vinuꝫ aūt odoriferū ponitur ut portet uirtutē iſtorū odoꝝ frigidorum ad cor & ideo eſt ultimū in bonitate. Et ex premiſſis accipe ꝙ malū eſt hos acute febriētes facere iacere i cubi cidra de penna quia multū inflāmanſ

Hic dubitaſ ut^m in camera febrientis acute poſſunt ſterni folia populi. Videtur ꝙ ſic quia eſt arbor frigide complexionis.ſignuꝫ. quia naſcitur iuxta aquas. & qa germina populi ponunſ in unguento populeon. cuius uirt⁹ eſt frigida. In contrariū qa popul⁹ eſt arbor cōplexionis calide. ſignū fetor ſiue ualidus odor cuꝫ acuitate que eſt in eius germine & color citrin⁹ in eo. Hec queſtio querit niſi cuius cōplexionis ſit populus.& apparet ex z° cañ. ꝙ eſt cōplexionis calide & ſicce.Inuenitur enim populus in duplici nomine qa dicitaurū romanū & nux romana licet inueniatur āūrū abſolute. forſan loquiſ tunc de karabe ut diximus ibi in z°.ig² non debent eius folia poni in camera febricitantiū. Ad contraria ſigna dicendū ꝙ licet iuxta aq̄s naſcātur ut plurimū frigide herbe ſicut ſalices tamē nō ſemper hee frigide inueniūtur.poſſunt enim qñq̄ naſci calide ſicut acor⁹ & herba que diciſ ꝫinꝫiber caninū & pupilla oculi.i.ſanatōnes & multa alia ſimilia. Ad z^m dicenduꝫ ꝙ in populeon ponuntur illa germina ad temperandū frigiditatē aliarū medicīaꝝ ſicut in calidis medicinis poniſ qñq̄ oppiuꝫ ad tꝑandū illorū calorē.

Quidaꝫ uero uoluerūt arguere ꝙ unguentū populeon ſit uirtus alicui⁹ calefactiue.quia iuncto ex eo uentre ut circa umbilicū ꝓuocat ſudorem ut Nicholaus de eo ſcribit. REGIMEN.Hic ponit moduꝫ extinctionis calo⁹s acutarū per cibū.iaꝫ ſciuiſti.ſ. ca° de cibatōne febricitantiū.q.d. oēs cañ.cibationis.& illuc recurre. Sed te uolēte infrigidare ecce cibaria hic ponūtur. Conſiderandum ꝙ licet iſti fruct⁹ ſint ꝓhibiti ſupra añ aliuꝫ diem intentōne habita ad māꝫ.tñ cōcedunſ ꝓpter extinctōnis neceſſitatē que predicat ut ſupra diximus. eorum autē lenificatio per actualē humiditatē lauatiuam eſt nota.& cuꝫ hoc etiā ꝓuocant lactuca cum aceto eſt ultima.non debet intelligi ultima in lenificādo qa lactuca nec eſt ſliptica nec ſolutiua ut z° cañ. ſed ultima.i. conueniens in remittendo acuitatē caloris febricitātis acute. Foca eſt potus factus ex aqua ordei & aliis q̄ñq̄. ut q̄ñq̄ miſceſ pāis & aqua lactiſ ſiue caſei.i.ſerū.& dogo .i.lactē acetoſo extracto butiro qa nō inflāmatur. his potibus nos nō utim² tamen de ſūma eoruꝫ eſt potus dictus ſicera uel fuchalis uel ceruiſia.& ideo ſunt multi modi iſti⁹ potus qui diciſ foca.& unū alium modū habes lib° ꝫ° fen.prīa.ca° de cañ.curatōis egritudinum cerebri in littera Gerardi extra.

ET SI ADEST. Dubitaſ quō ſuccus granati retinꝫ uentrē cū ſupra ponat ſolutiuū in ca° de cura fe.pu.in generali. Dicendū ꝙ ſucc⁹ granati

hic intelligitur uinum granatorum qđ infrigidat. sed qñ dicit retētio. impro prie loqtur. qa comparatiue respectu cucumeris & melonis dictorū in qbus est plus de lenificatōue quenon est in uino granatorū. Vel dicēdū q̄ p̄uocā do urinam sī ipticat. sed q̄ p̄uocat lege z° cañ. & nō dix^t hoc de granato dulci qa nō sic infrigidat. Superius autē lo quebatur de granatis expressis & pul pis eorū in quibus uidetur aliqua uis solutiua forsan cōprimēdo. & si sic eēt p̄hiberentur in principio fe. sicut mi rabolani. licet forsan in illa expressiōe granatorū cum pulpis nō sit tanta pro fundatio ad uenas quanta ē in mirabo lanis & tu considera. Aqua. i. succus agreste ꝛ̄. & mora. s. nō cōplete matu ritatis de scen. 1. de illa p̄tracta. limonis nō salsi. quia nō sic infrigidāt. qđ dicit de berberis & de aliis est notū. EPI THIMA VERO. Hic ifrigidat cū emplastro & epithimatibus. & primo ponit ex quib⁹ fiunt. z° ponit cañ. ibi z^a. Et embrocare & hec pars hab3 tres primo ponit cañ. in embroca^ne epatis & sic intelligif cordis. z° capitis. 3° ite rū epatis. ibi z^a. Et qñ illic. ibi 3^a & īfra epar. Considerandū q̄ sicut embro catio. i. epithimatio uel consimil infrigidatio epatis rectificat urinam qa ei⁹ infrigidatō peruenit ad uenas. Simil epithimatio cordis posset rcificare pul sum quia eius infrigidatio peruenit ad arterias. dixit aūt de epate quia colera & materie acute eius ūirtute. & de se ibi multū cōgregant. ET QVAN DO ILLIC CVM FEBRE. Hic p° ponit dispōes in quibus nō debemus embrocare caput & in quib⁹ debem⁹ & docet cognoscere. ibi z^a Et cognos citur. Considerādū q̄ ſt āte multa repletione in capite embroce. & simil inunctiōes quibus queritur infrigida tio febris restringūt materias. & sunt causa apostematōis. quare cōueniēti⁹ est uti aliquo resolutiuo leui & capitio porum ſ̄m q̄ dispō facit illud necessa riū qa ſ̄m q̄ materia in capite est m̄ta uel panca grossa u^l subtilis fluxa tota uel adhuc in fluxu & ſ̄m q̄ in reliquo toto corpore est repletō u^l nō oportet diuersificare hoc apitiuū resolutiuum unde aliquādo erimus cōtenti solo va pore aque calide pure. & aliqñ decoq- m⁹ cū ea camomillā & aliqñ alia. si uō nō fuerit ꝛ̄. qa nō sit in capite spetialis repletio & apparet in capite necessitas extinguēdi flāmā capitis. adminiſtra tūc de embrocis & epithimatib⁹ q̄ uis.

ET NOCIBILIOR. ꝛ̄. Quia lac inuiscaf & crustam facit. uñ cpilat & retinet materias quarū querif eua peratio. Nos aūt dissoluimus iā qōnes de p̄one lactis ad caput sup p̄ria fen. 3^ll libri. Considerandū q̄ uapor co lericus acūtus posset esse mult⁹. unde licet inunctio cum oleo rosato uel uio. u^l nenufario uel embroceo similis uir tutis cōferet remouendo illi⁹ acuitatē uel malitiam. tñ retinēdo multitudinē ei⁹ posset nocere. & ideo dix^t fortasse & iuuabit te qđ diximus sup fen. p̄ria 3^tr cañ. ca° de cura sode in febribus. & ca°. de cura sode per cōitatem. ET COGNOSCITVR. Quod hic dicit est notū. & queraf complemētum huius scie infra ca° de dolore capitis.

ET INFRIGIDA. Hic redit ad cañ. infrigidatōnis epatis ut compleat sciam in illo. & z° ponit cañ. quēdam. ibi Et oporter. Considerandum q̄ hora embrocatōnis epatis est duplex. una electa & est q̄n mā est in uia reso- lutōis imo iam euaporat. uerbi gratia quia iam sudauit infirmus. Alia est co acta & ē q̄cūq; hora uides necessitatem extinctōis fortis caloris qđ pri⁹ elegi mus q̄ infirmū arefieri. & ex his solui tur qō d qua medici frequēter garriūt an in fe. pu. debeam⁹ ep̄ithimare epar & cor. cum infrigidātib⁹ anteq̄ sint fcē euacuationes. in hoc enim medici sese mordēt. Et dicēdū q̄ nō debent reglr epithimari. qa huius epithimata pro hibēt euaporatōes. si tñ distemperātia caloris est multa de qua plus curam⁹ ne infirmus ab ea resoluaf uel fiat eti cus uel paretur ad ydropisim tunc epi thimam⁹ quāuis nō p̄cesserit euacua° & quāuis sit hora resolonis materiei quia nocumentum qđ sequitur ex hoc est p̄longatio sola. qđ prius uolumus q̄ uelim⁹ īfirmū mori. & utilitas aliqñ

epithimatū frigidorū ẽſt etiam mẽrū calidarū ſubtiliū rcificatio & digeſtio ſcias b°. ET OPORTET ꝛ̄.Hic cañ. eſt notus.Reperiť aūt duplex lfa Vna que dicit ꝓpter uictoriaz.i. quia uincūt & ledūt.Alia nō ꝓpter uictoriam.i.nō expellit natura ſupfluitates ad iteſtīa abraſa & doloroſa niſi mltū exuberent & uincant ſicut bñs ulcera uirge nō mingit niſi qñ multa quantitate urine uincitur & mingit inuolūtarie. ET QVANDOQVE. Hic infrigidat febriētes acute ꝑ potus medicinales.& eſt cañ.i7° continentis. 4° ca° auc^te Philereti. & eſt ſermo de ſirupo de papauere ſimplici.ſ. ſine ſabba de quo eūti dormitū damus unciā unā & mediā cū aqua frigida ſi nobis uidetur.

Rememoratio accñtium q̄ difficilia ſunt in febribus acutis.

OQVAMVR itaq; in ꝑmis. Poſt curā generalē putridaz & acutaz & p⁹ cañ. cibatōis in eis loqť de remotone accñtium q̄ accidunt acutis plus licet in aliis febribus poſſint accidere. & qa accñtia dicēda poſſunt ſequi plurimas febres imo oēs licet plurima ex eis ſequantur acutas.ideo determinatō de cura accñtiū ẽ quodā modo cōis ad ſpēales curatōnes febriū Gal.aūt cum conſideravit accñtia eſſe poſt febres poſuit eaz curas poſt illas Et ex his ſoluunť multe qōes pueriles quas hic qñq; excitauimus. Quot aūt ſunt accñtia tot partes habet.ſunt aūt accñtia que enumerat.z3. & icipit a regimine rigoris & curam ponit. Et primo ponit qs rigor eſt cui nō debet intēdi. qa eſt rigor p⁹ ſudorē & rigor creticus. qa rigor cretic⁹ nec debilitat nec aliud facit.ſed de moleſtia ul̄ additione morbi imo ceſſat. & intellige de cretica criſi qa nō habz praua accñtia. quāuis ſit ad ſalutem. Sed dubitať quia rigor poſt ſudorez uidetur mal⁹ ut dicit affo.7^e particule.in ſudore rigor mal⁹.g² debet regi qa parū durat licet ſit mal⁹. Nos dicam⁹ q̄ rigor de q° hic loqtur Auic.nō eſt ille de q° loqtur affo.ypo.qa ille eſt in ſudore & eſt mal⁹ & indiget regimine.ſed rigor de quo loqtur hic Auic. eſt rigor finito ſudore.de quo loqtur infra fen.z². ca° de narratione ſignorū bonorū cū dicit.orripilatio accidens p⁹ euacuatiōnē de ſignis eſt bonis. Quod autez orripilatio poſſet dici rigor ſupra dixim⁹. ET QVANDOQVE. Hic ponit regimen rigoris indigētis regie ſiue curatione.& prīo ponit leuē curā q̄ competit leui ex eis:z° fortiorē curā que competit fortiori. ibi z². In forti.

Conſiderandū q̄ in corporibus q̄busdam ſenſibilib⁹ multū rigor eſt accidēs moleſtū & ſunt ī eo tria moleſta qñq; quibuſdā eſt fortis frigiditas. & qñq; quibuſdaz eſt fortis concuſſio.& qñq; quibuſdā eſt malus ſenſus pūctionis.fricatio aūt & cooptura mouēdo calidū ad extra qñ ſedant iſta. & qñq; oportet inungere cum oleis que dicit

IN FORTI. Primo ponit modos ſedandi rigorem cum rebus ab extra. z° cum rebus aſſumptis.ibi z².Et oēs medicine fortis ꝓuocatōis.Prīa habet tot quot pōit res ad hoc iuuātes.& nō laboremus in diuiſione ſine aliis. quia eſt rigor ſine febre ut ſupra eſt ſcituz. Schea quidā dicunt q̄ eſt ſticados.alii q̄ eſt ſpēs abſinthii ut putať q̄ ſit ſandonicū dictū ab illa ꝙilla.ut Gal.6. de ſimplici medicīa ca° de abrotano in fīe

Conſiderādū q̄ hec olea & ungnēta debet inungi ad ſpinam & loca que plus rigore moleſtanť. ET omnes medicine fortis ꝓuocatiōis.ſ.urine ul̄ ſudoris potate.& eſt notū. & eſt pars in qua incipit ponere medicīas q̄ int⁹ ſumūtur.& primo ſimplices. Dubitatur quō concedit agaricū in p̄ncipio poxiſmi cū ſit de medicinis ſolutiuis. Item quō opiū facit ſudare. Ad p^m dicimus q̄ nō utimur agarico in quātitate q̄ ſoluat ſed dam⁹. vbi gra drag. mā mediā.calefacit enī & ſubtiliat mās groſſas.& excitatio quā facit ad uomituz eſt utilis & ꝓprie in p̄ncipio 4^ane

Ad z^m dicendū q̄ opium per ſenō facit ſudare ſed prouocando ſomnum. uel remittendo pūctionez qua uirtus terrebať ab euacuatōe. Vel dicenduz q̄ hoc compoſitum ex agarico & opio

prouocat ſudorez per agaricū & facit ſomnū per opiū. & alia. ſ. nocumēta q̄ ſequi poſſunt ex uehementia rigoris. ut uerbi gr̄a ſincopis. DE COMPOSITIS. Ponit medicīas cōpōitas & primo alterantes. z° cū hoc euacuātes. ibi z^a. Et ſolutio. īfirmo erecto uł ſtante hoc fit ut uideamus ſi ſit fortis qa ſi eſſet debilis nō poſſet concedi medicina opiatā. uel fit ut pillule melius deſcendant. Amidem eſt herba de qua fit aſſa & uocaf ſilfium a quibuſdaz & q̄ ñ q̄ uocaf ſiſeleos ut 3° cañ. fen. 14^a ca°. de cura ydropiſis in fine. & Raſis in antidotario de medicinis ad caput. Harmelis quidam dicūt q̄ eſt cicuta. Alii q̄ eſt ſpecies rute. Alii q̄ eſt ruta agreſtis. ut īfra fen. 6^a. ca° de cura morſus uiperarū. Conſidera autē in his medicinis calidis impſſiones ſubtiliationis materie & calefactionis & extractionis ad exteriora & obtuſione ſenſ9 per opium & fortaſſe. q.d. licet cib9 ſit pḥibitus in aduentu rigoris. qñ q̄ tñ cogit nos neceſſitas. ſ. caūſ uirtutis cū illo. ET ſolutio. Conſiderādum q̄ iſta ſolutio uentris poteſt intelligi q̄ fiat ſedato rigore & nō in actu rigoris & eſt certum. & iſte medicīe ſunt note ꝓra enim eſt multarū deſcriptionum 5° cañ. trac. z°. & tu elige quaz uis ſm māz. Dyacitonitē ſolutiuū. 5°. cañ. ſcribiſ trac. 3°. Diafinicon etiam ibi ſcribitur. & a Meſue. & dicitur a finichio. i. dactilo. Poteſt etiam intelligi q̄ dētur iſta ſolutiua ſtante rigore & hoc eſſet qñ magnū īminz ꝑiculū ſtāte & rigoꝛ & nō eēt alia uia niſi mē euātō & fieret hoc ſecurius ſi non eſſet febris ut eſt rigor qui nō calefit factus a flegmate nitreo & ideo indiget forti medicīa ut ſūt pillule fetide note & uſuales & ſūt ſcripte 9°. Almanſoris. ca° de paraleſi Et conſidera q̄ ſi materie hoꝝ rigorū eſſent in primis uenis & circa ſtōachū & inteſtina. Vnde in illarū euacuatōe nō eſſet labor magnus uſ9 ſolutiuorū dictorū ut ꝓre dyacitonitē & dyafini con eſſet magis cōueniens & nos non habemus alia experta ad rigoris uehementiā niſi que hic ſcribūtnr. Quidā uero utūntur in eo potu eque uitis. ſ. aque diſtillationis uini rubei ꝛc.

Regimē ſudoris ſupflui in febrib9

PORTET ne ſudor q̄ms ꝛc. Quia creticus etiam ſi ſuperfluit reſtringatur. ſi eniz uirtus deficiat euacuatio ē cohibēda & ſi nō tota exierit habundantia ut Gał. dixit prīo affo. Cū autez erit neccitas. ſ. reſtringēdi ſudorē qcumq̄ fuerit ſi ſupfluit & hoc eſt q̄ dicit. & ꝑtranſit terminū dat igitur ingeniū in reſtringēdo ſudorē ꝑ euētatōnē & cōcuſſionē i aere frō. & ratō ſumitur ab aꝛ. ꝑbleumatū 5°. 37. probleu^te corp9 eiz noſtruz expirat quēdā uaporem q̄ circūſtat & calefacit nos & aerē & concuſſio ſequens aerem innouat. p̄cipit etiam q̄ nō abſtergatur. nam tał abſterſio eſt cauſa ut ſudor magis exuberet cuius cām dat Aꝛ. probleu. z°. ꝑbleumate. 13°. Nam ſudor remanens non abſterſus infrigidaf & ſiſr opilat poros & ideo ꝑhibet ſudorē. & p̄cipit fieri inunctiones notas oleo roſ. forti. ſ. in hoc ſicut eſt oleū ro. onfancinum Nos aūt iam iuuamentū inuenimus īuſu zo. nouelle danda de ea in die pluries in dña quadam que poſt febrē cōtinuā lentam ſudauit diebus nouez cōtinuo. alia que dicit nota ſunt & cauſa eorū ꝛc.

Regimen fluxūs ſanguinis nariū ſuperfluí.

PORTET VT ꝑpere ſ Primo facit hoc. z° ponit cañ. quēdā. ibi z^a. Et qñ q̄

Conſiderāduz q̄ curat ſuperfluū primo fricatōibus ad diuertē duz. & uentoſ9 ſuper latus. ſ. epatis uel ſplēis qđ ſeq̄f. & ꝙa ſi ex nare dextra ponatur ſup epar. & nos inuenim9 in hoc iuuamentuz & ponimus uentoſas magnas & eſt laudatū infra fen. z^a. h9 regimen loci. ſ. nariſ ponēdo que ad h° precipiuntur fen. 5^a. 3^11 cañ. & fortaſſe poſſibile eſt tibi. ſ. ut infrigides. ſ. loca capitis uel loca ꝙpocūdrioꝝ & hoc eēt regimen illius loci. & non ponas uētoſas deſuper. q̄ z^2 exponiſ prīo. i. q̄uis ſuper loca ꝙpocūdriorū nō ponas uentoſas ſed ſolū illa loca īfrigides & tpeſ ſanguinē. & ſic poterit curari fluxuſ.

& si uoluit hoc fuit qa suspect⁹ erat de nocumēto splenis uł epatis si illuc trahūtur materie. 2° mō potest exponi qꝫ ꝓhibeat uētosas poni desup. s. circa ptes capitis uel colli qa trahūt sursuz materias ab infra ad caput. Et qñ nō ē ꝓhibens hoc. s. catarrus uel superfluꝰ sanguis qui esset actu in parte unde in frigidatio capitis noceti fluxu sanguinis nariū. ut Gał. dixit 5°. de ingenio sanitatis 6° ca°. Considerandum qꝫ 4ᵃᵘᵃ de melācolia sanguinea. s. sanguini mixta uł cōformi pōt curari fluxu sanguinis ex nare siniſtra. ꝓpterea qa respicit magis splenem. Scimus patrē nostꝝ curasse quēdam a fluxu tali superfluo cum potu uini: coopertura pānorum & ꝓuocatōne sudoris. Hec tñ cura non debet temptari nisi ꝓ uirum bone extimationis qualē credimus eū fuisse.

Regimen uomitus qui accidit eis.

RETICVSITERVM c non abscindaſ. Primo premittendo qui non debent curari. primo ponit qđdaz cōe regimē. 2° spēale. ibi 2ª. & si hūor ꝑmū dictū uerificaſ ex hoc qꝫ uomitꝰ curat uomitū & fluxus fluxum ut 3° cañ. fen. i6ª ca° de cura colice. Consi derandū qꝫ si materia est conueniēter habilis eductioni sufficit ad ꝙplemētuz eductionis per uomitū sirupꝰ acetosꝰ simplex cum aqua calida ut notū est. Si aūt materia est grossa indigens fortiori diuisione & subtiliatōe tūc dareſ sirupus acetosꝰ cū seminibꝰ anisi fen. & similiū. Et considera qꝫ illa est cura nausee circa que nō cessat ꝓpter mām que debet expelli uomitu. ET SI. Hec est 2ª pars & diuiditur in q̄ttuor primo ponit curam qñ est humor inbibitus & grossus. 2° qñ inbibitus non grossꝰ. 3° qñ nō est inbibitus. 4° spēaliter ponit regimē colerici & melācolici uomitus. ibi 2ª Et si est. ibi 3ª. Et nō inbibitus. ibi 4ª. Et qñ. Considerandū primo circa primā partē qꝫ iste humor inbibitꝰ grossus potest esse de natura flegmatis & de natura colere. ut plurimū hii enim duo humores exuberant in stomacho. tñ plus uidetur conferre quādo materia est flegmatica yera & aloes. saltem quia nō est suspicio de nocumento calefactōnis. Dicit aūt aloes & yera qa ambo simul. solū enim aloes nō sufficit in eductiōe grossorū hūoꝝ sed oportet uigorare illud cuz spēbus alefangineis que sunt in yera. & ideo yera per aloez illos euacuat ut ītellexi mus. 7° te^cc. & 6°. de regimīe sanitatis. & ex capłis de aloe. Sztu dices q̄re dixit aloes cum sufficeret dicere yera quia in yera ingredit aloes. Dicēdū qꝫ hoc dixit ut notabilis quantitas sit aloes & yere p̄mixit aloes ut sit multū eius dominiū. sed qñ humor nō est inbibitus quāuis sit grossus nō requiriť tm̄ dominiū aloes. & ideo dixᵗ yera & aloes posponēs aloem quantitas autē dominii aloe. uel diminutōis ſ^m hūoꝝ dispōem mensuratur extimatiua me^ct per has aūt yeras intellige yeraz Gał. & illas quas uocat cōitatis uel uniuersitatis libro 5°. dixit aūt fortasse. quia possibile est cuz aliquo leuiori duci. ut cum aqua mellis uel oxımelle. ET SI EST. Hic ponit curaz qñ humor ē inbibitus nō grossus. Considerandꝫ qꝫ iste humor est intelligendꝰ colericꝰ quia plurimū est talis. qñqꝫ tamē possz esse aliquod flegma subtile inbibituz Intēdit g² Auic. ad̄ duo. primo ad illiꝰ humoris eductionem & hoc fit per uomitum ꝓuocatum sup sirupo acetoso dato cum aqua calida ut lauet & apiat poros & nō constringat & qa humor est subtilis seqtur in euacuatione. 2° intendendū est ad equatōem ipius humoris uel ipius stomachi & hec equa° si est humor colericus est infrigidatō & cōfortatio stomachi pꝰ euacuatōez ne amplius recipiat. & hoc fit cū aqua .i. succo granatorū. s. acetosoꝝ itērata si expedit. Si aūt fuerit flegmaticꝰ sirupus de menta cum granis. & de hoc descriptionē bonā lege a Mesue in antidotario. & ego illo utor & īueni utilitatem in mēbus tam colericis q̄ flegmaticis. & fortasse īfrigidatio. s. ab extra. uel potꝰ retū frigidarū. uerbi gra frigide aque qñ esset aliqua colera subtilis feruens. unde quidā stomatici curati sunt potu illius. ut 3° cañ. fen. i3ª.

ca° de debilitate ſtōachi. ET NON OPORTET. Conſiderandū ꝙ illa ſtiptica nocent maxime quādo interi? aſſumūtur in caū predicto ꝙa claudūt poros ſtomachi. & magis inbibunt & impinguāt materiā in ſtomachū. & iō ſi non eſſet inbibita confortādo ſtomachum iuuaret ad euacuatōem. & dix^t fortaſſe. qa poſſibile eſt nō ſic ꝛtīgere. Si aūt iſta ſtip^ca emplaſtren^r ab extra nō ſic eſt ſuſpicādū de eorū nocumēto īmo poſſibile eſt ꝙ premant illas mās in fundum ſtomachi. & poſſibile eſt ꝙ ſimul conſtringant illam in partes ſtomachi. indiget g^z hac conſideratione. Dynus aūt ſuper 4^a p̄mi ca°. z3° iſtuz textū abſolute uider adaptare ad ea q̄ ſumuntur interius ſi quis conſiderat.

ET QVANDO. Hic cañ. uider dare intelligere ꝙ humore exñte colerico nō inbibito ſtiptica quibus utiu^r ſunt ꝓprie in foꝛa emplaſtri. nā nullaz ſuſpitōem faciunt de inbibitōe qa ſtiptica ſumpta interius q̄is humor non eſſet inbibitus poſſunt facere illud inbibi uino aut aceto. hoc ē ꝟ. ꝙ materie requirūt infrigidationē per acetū aut ſtomachi cōforratōez per uinū. ET AD VOMITVM. Iſte cañ. eſt pōit? primo li° fen. 4° ca°. de regulis uomit? & li° 3° fen. 13^a. de cura malarū cōplexionum ſtomachi cum materia & opilatōnū eius. Dynus ſuper x^a fen. primi cañ. imagīatur ꝙ iſta colera nigra ſit aduſta. Acetum aūt cōfortat ſtōachū ſui ſtipticitate. etiaz eſt exiccatiuū & ſubtiliatiuū & r̄pugnat calidi^tī extranee. debz aūt poni cū ſpōgia qa min? grauat. & debet poni actu calidū. Nos dicamus ꝙ in hoc cañ. nunq̄ dedimus magnā fidem & experiri uolum? hoc & qñq̄ inuenimus utile etiam in melācolia fetali. & poſuim? filtrū cū accoto acuto actu fortiter calefacto. ſed quia alia remedia nota utiliora ſunt. ideo dimiſimus uſuz eius & forſan hoc idem intellexit Auic. cum dixit ꝙ ſi neceſſarium. & uidetur ꝙ hoc remediū fit ad illum uomitū retinendum & ſine dubio acetū eſt potēs in hoc.

Regimen fluus uentris qui accidit eis.

AM SINGVIAR Iter. Remittit nos ad 3^m libruz
n fen. 16^i. & ad p̄mū fen. 4^a.

Almes eſt legumen dictū piſe uel robilie & apd alios faſceoli alii ꝙ ē qddā legumē apd ſaracenos & īuenitur a leſuali pro griſomila. & de eo inuenitur ca^m z° cañ. & dicitur meyſe & in ſūma nō apparet qd ſit torrefci ꝙa addit ſtipticitatē fūdaꝛ aqua ut ſit reſiduū magis ſtipticū.

Regimen ſitis eorū ſupfluе.

PORTET VT INVN
GATVR. Dubitatur
o quomō ꝛferet infrigidatō iſta in ſiti. Dicendū ꝙ capitē īfrigidato infrigidaꝛ cs ſtōachi cōitate neruorū & ꝓpter capitis inflāmationē ſtomacho cōicatā poſſet ſitis cauſari. Si nō fuerit qd̄ ꝓhibeat ut repletio ſuperflua uel catarrus ut ſupra dixim? lactuce nig^e. i. uirides obſcure qa eſt frigidior & humidior. uel nigre .ſ. in ſemine qa ſemen earum ſit nigrū eſt enim frigidi? ſicut papauer. Almoſat eſt nomē cōe rerum acetoſarum. Simon tñ uult ꝙ ſint tamadari. & lra dicit ſic ſtare almoſat. ET SITIS. Dubitaꝛ quō ſitis fit a frigore cuz ipa ſit appetit? frigidi & humidi. Ampli? quō ſit im factam a calore abſcindunt uigilie cū uigilie inflāmēt. Dicūt quidā ꝙ frigus facit ſitim qa cōgelat humidū. unde nō pōt fieri humectatō & ex hoc cálidū intenditur & ſic ſitis. Calor igitur qa eliquat illud humidū tollit illam ſitim. Dicunt etiā ꝙ uigilie ſupfluе ꝓpter ſupfluā reſolōem infrigidant. & ideo tollunt ſitim fcām calore. Iſti ſermones ſunt tam rudes ꝙ nō merētur impugnari. Nos dicimus primo ꝙ iſte eſt ſermo ypo. 4° li° epidimiarū. ſicut in uigilando ſitis in ſupficie ſomnus eſt medicamētū eius uero ex ſomno erectio. Hui? dicti cāz dat 5to alexandrinus ibidem. & dicit ibidē ꝙ uigilando multotiēs os & gutur exiccatur & fit ſitiſ in ſuperficie. i. moderata & ſupficialis & nō fit ſitis ex caliditate & exiccatiōe oris ſtōachi aut pulmonis. & iſtaz ſitim ſupficialē remouet ſomn?. qa in ſōno fit buēcta°

mẽbroruꝫ. & eſt tam leuis iſta ſitis q̃ ſolũ gargariſma illã remouet. In ſomno autẽ multotiens fit ſitis. quia fumi calidi aſcendunt ad ſupiora. uerbi gr̃a ad os & fauces & faciũt ſitim & hanc ſitim tollit erectio. i. q̃ patiens ſurgat & erigat ſe a ſomno & uigilet qa fumi ad ſuperficiem euaporãt. Alia eſt noſtra expõ quã ſcripſim⁹ 13.3ᴵᴵ. & eſt q̃ ſer̃mo Auic. eſt de caliditate uel frigiditate ciborũ uel potuũ. fit eniꝫ ſitis a cibis frigidis. ſ. ĩdigeſtis ſiue ſint frigidi in natura ſiue nõ cuꝫ indigeſta cibaria poſſint frigida dici quia digeſta ſunt calida quia digeſtio eſt a calido. cum igitur per indigeſtionẽ ciborũ fit ſitis ſomn⁹ aufert illã cõplẽdo digõem & eſt iſta ſitis ꝺ qua loqtur affo. ypo. 5ᵉ particule. Quibuſcũq; deſiderium noctu bibere ſi ſuper dormierit bonũ eſt. Facit aũt indigeſtio ſitim propter uapores & partes cibi qui licet ſint frigidi priuatõe calidi nãlis tñ inflãmanf & calefiũt a calore accñtali. Et ex hoc ceſſat ṕᵐ arᵐ. ſitis aũt a calore fit a cibis calidis quorũ uapores retẽti circa ſtomachũ & loca gule faciunt ſitim & confert in hoc uigilia euaporando liceꝫ q̃ñq; nõ ſufficiat ſed oportet illorũ caliditatẽ & ſiccitatem potu extingui. & hanc expõeꝫ Dynus intellexit.

De ꝓfunditate ſomni q accidit eis.

caloris.& aliqs põt eẽ ethicꝰ cũ zº gradu caloris respectu illius. Ratio illius est quia omnis gradus caloris factꝰ in corde qui est a ṕº gradu caloris egritudialis usqꝫ ad gradũ ultimũ cũ quo stat uita potest esse ethicꝰ calor. In bº autẽ est magis latitudo & diuersitas. ꝓpter stomachũ.s.in quo timeaꝝ infrigidatio & mollificatio ꝓpter mucillaginẽ pstlii.& alia ut ꝓpter lubricitateꝫ intestinorũ superfluã. ET regimẽ Hic ponit regimen infrigidãs & res infrigidãtes.& põit cañ.in usu quarum dam de eis. Sthesabre.i. quidaꝫ exponunt granatũ silueſtre. Ego uero non inuenio expõeꝫ de qua confido. uaporatio cum sudore & balneo. Hic textꝰ credo qꝫ sit corruptꝰ uicio transferẽtis nõ enim debet duci ad sudorẽ ut posset riꝰ põit.gº cogimur ponere uaporatõeꝫ cum sudore.i.talr qꝫ sudori appropinquet mouẽdo nutrimẽtũ ad mẽbra.nõ tñ qꝫ sudorem faciat. uel cuꝫ sudore.i. cuꝫ aere ita humido & pleno uaporibꝰ aqueis qꝫ ex eorũ applicatiõe ad cutim homo uideatur sudare.& balneo.i. uaporatio cũ balneo. qa lauet in eo & nõ moret multũ.quietẽ.s.corporis.tranqlitatem.s.anime. ꝓhibet uirtutẽ menẽ profundare.& hoc qñ operatio stiptici preuenit unde claudit poros. Sed qñ res est parũ stiptica & partes subtiles labiles preuenit tũc illa stipticitas non impedit operationẽ uel penetrationeꝫ imo adiuuat ad penetranduꝫ ut ãppet de oleo ro.ſm Gal.3º de simplici menta Rob.s.fructuũ nõ rob absolute qđ est sapa uini. Alia oĩa que dicit sunt nota

Rememoratio medicinarũ infrigidantium eos.

LLE ꝛc. Hic ſmõe magis
i spẽali descendit ad coram
& ad res multas quibꝰ infrigidamꝰ & humectamꝰ

Primo ponit medicinaa infrigidantes. zº humectantes.3º regimen in cibo & potu.ibi zª. Medicie vo.ibi 3ª. Oportꝫ ut seperetur. Prima in duas.prio põit medicias infrigidãtes que cũ hoc sunt humectantes.zº ponit medicias frigidas que nõ humectant.ibi zª. Medicie uero infrigidantes. Prima habet septem sicut sunt.7.medicine iste. Premittit dictũ generale & est qꝫ medicie que infrigidant & humectant sunt nutritiue aut uincit nutribilitas.s.plus q̃ in illis que nõ humectãt.& hoc quia humidũ est materia nutrimenti. Prima medicia est aqua ordei.s.bñ excoriati & mundi cuꝫ cancris. Ego in una libra aq̃ ordei facio decoqui uncias duas cancrorum bene lotorũ. ET oꝫ ut euellãtur extremitates.quia nõ est in extremitatibus eoruꝫ uirtus humida sicut est in corpore.Lauent tribꝰ uicibꝰ.sed apud Rasim iz° cõtinẽtis. lauãtur quinqꝫ uicibus. & hoc stat in lotore quia tetiẽs lauet quousqꝫ mũdificent.ꝫuccaruꝫ.s. in aqua dissolutũ & sic ꝫuccarũ album Si timueris calefactionẽ. Hic soluitur arᵐ quod reputatũ est difficile.tamen dicitur qꝫ non uideꝝ qꝫ lac debeat dari ethico qa lac corrũpiꝝ in stomacho colerico.s.calido & sicco. Dicendum qꝫ nõ est uerum nisi sit ualde maꝫnus excessus. imo lac conuenit corporibus calidis & siccis ñ in stomacho supflua colera sit. ut intelligitur zº cañ.caº de lacte. & ideo nõ conuenit omni ethice sed in ethico nõ multũ inflãmato.und Rasis tractatu.xº Almãsoris. si qs lãborans hac egritudine habuerit corpꝰ fortiter & uehementer macrum neqꝫ fortis calor in eo fuerit lãc calidum ut ab uberibus extractũ fuerit cõfert ei. Potest aliquis ethicus per remissuꝫ gradum caloris nõ corrumpere & aliquis colericꝰ p gradũ excessiuũ ĩ terminis sue sanitatis & per dominiũ colere corrumpere lac. & signum huius est quia unus colericus plus colere multiplicat ex uno cibo q̃ ex illo multiplicet unus ethicus. MEDICINE VERO. Hic ponit medicias multas q̃ sumũtur & q̃ iungũtur & emplastrant. Arasen est nomen loci.sed apud Raſ.ṕº ptis est hospitale. Alia sunt ꝓ se nota.

Rememoratio medicicinarum humectantiũ eos.

LLARVM QVIDEM
1 Primo ponit quod intẽdit
zº exequiꝝ. ibi zª. Et nos
quidem. Et hec in tres.ṕº
dat regimen per lac.zºptr tinaꝫ.3º per

balneū.& inter hec ponit de ungūtis & emplastris.Reliquū aūt regimen.s. per cibum & potū ponit ultimo. ibi z^a Timeat. ibi 3^a.Ingressio autem balnei.

Dubitatur in prīa particula qđ lac sit melio^r ethico an asininū an huma^m. Videtur qꝑ humanū per Gal'. 7mo te^ce & Auic.hic.In contrariū est Auic.hic nō est electio super ipm.i. nō eligit' aliquid qđ sit melius eo.sed dixerat prius & proprie lac asine.Modus aūt Auic. qñ vult aliqd valde laudare est modus predictus.sicut statim infra hoc modo loquendi utitur & 3° li^o fen.prīa.ca^o đ cañ.cōib^9 egritudinū capitis. Amplio^r videtur lac caprinū melius.quia Gal'. ponit qꝑ est mediū lac siue equale in li^o de euchimia & chachomia.quarto ca^o.

Dicamus primo qꝑ sermones Auic. iterati nō sunt uniformes in lib^is suis sicut aliquid de hoc oñdim^9 scđo cañ. ca^o de lacte. & perpendit de hoc aliqd rabbi Moyses.sed nō habemus hoc hic discutere. Z^o dicemus qꝑ lac humanum est melius ethico qa conformius & nature humane ꝓpinquius. sed lac asininū est melius quia subtilio^r & frigidius & humidius. Lac aūt capre est mediū siue equale.s.in substantia comparatū ad lac asininū. Videt' enī3 asini complexio ad frigiditatē & hūiditatē declinare qđ multū oñdit carniū eius mollicies & q̄si albedo.Alii tñ volunt qꝑ sit aīal frigidū & siccū. Consideranđ aūt qꝑ Auic.nō solū ꝓhibet lac ex actuali putredine materie sed etiaz ex putredie expectata materici ꝓpresse q̄ est in fc̄ra cāe añcedētis. TINA aūt. Primo ponit regimen per tinā tepidaz loquēs de frigida. z^o reuertitur ad usum tine tepide & tempati caloris 3° ponit ordinez tine ad usum aq̄ ordei 4° ponit ordinē usu^9 tine & etiaz balnei ad unctiones & ad tinā frigidam & ad lactis emulsionē.ibi z^a.Illud aūt.ibi 3^a Et si sumpserit.ibi 4^a.Et administ ref'. In prima vult dicere qꝑ in prin^o ethice anteq̄ macer factus sit vel multū exicatus vel debilitat^9 infusio in aqua frigida sanat. Et qa aliqs diceret ꝑtra qa illa ifrigidatio debilitat & dimittit malā complexionē frigidā. Rñdet qꝑ illa ifrigidatio & debilitas est pauca & potest remoueri in tpe sequenti. & hoc est quod dicit·Verū debilitas corporis.s.inducta ab infrigidatōne sanat illud cum infrigidatione pauca.i.quia infrigidatio est pauca ad quā sequitur illa debilitas.& quia corpus hoc nōdū erat cōsumptū neq̄ erat multū ꝓcussibile ab aq̄ frigida. Quod si fuerit ꝛc.i. si ethic^9 iaz sit debilitat^9 & extenuat^9 multū timet' si ponatur in tina frigida aque qꝑ cadat in ethicā senectutis. Et illud ꝑm minus.i.ad minus hoc timet'. Veruz tū quasi dicat melio^r est qꝑ cadat in ethicam senectutis qa plus pōt cuz ea viuere q̄ cum ethica febrili. Et hec oia sunt dcā a Gal'.x^o te^ce. ILLVD ꝛc.Et tollerat cum ea.s.teneritate frigidam aquā quasi dicat rarus rarefiat & fit tener per aquā calidā. nihilominus tollerat aquam frigidā melius. Et si sumpserit. & si p̄mittat ꝛc. post.i. post tinam mulgeat lac sup corpus. Considera g^o qꝑ hic tribus vicib^9 admīstrat tinam.& primo dat aquam ordei. licet postea tinā administrat. z^o iterum dat aquā ordei & post tinā ut dilatet' cib^9 & ē bonū.& intellige qꝑ si vis 3° potes eum ponere in tinā.& in hoc verificat' quod dixit si iteretur tina in die trib^9 vicibus. Alr aūt potes intelligere qꝑ siue ante tinā des aquā ordei siue p̄mittas tinā & p^9 des aquā ordei & utrūqꝑ est bonū. ET administ ref'.iunctio post tinā & balneū tenz aquā in poris que infrigidat post reuersionē ad suaz frigiditatē ut scitū est li^o primo tract^u z^o.& illud ꝑm tollerantiaz.i. si tollerat emulsio lactis si nō fuerit debilis.quia debilis nō tollerat tot fieri. Ingressio balnei. hec dicit' stufa apud nos. & hz tres casas.ut supra lib^o prio fen.z^a. & Gal'.x^o te^ce.& nos in patria nostra nō poneremus ethicam in illa sed utimur tina loco illius quia facilius possumus illam moderare. postea dicit sit calidū aque minus calido sui aeris. Causa est quia idez gradus caloris posit^9 in aqua & in aere plus calefacit in aqua posit^9 q̄ in aere ꝓpter aeris raritatez. Vel aliter ut dicamus qꝑ Auic.dixit hoc ad oñendum qꝑ ethicus indiget aq̄ & pōi

in ea & non indiget aere. & ideo dicit. Sit calidū ꝛ.i.pone eum in aqua & cura de q̃litate eius & nō teneas eum in aere proprie cum est illud.s.materia parata putredini & nō digestus est cib⁹ su.nō debet ingredi balneū. Arab.i.lac acetosum de quo extractum est butirum.

ET OPORTET. Hoc ē p̄ceptū a Gal'.x° te^ce.& iā anūciauim⁹ li° prio fen.z^a.& 3° li° fen.i3^a. Dicit ifra in lra sabana & est mo dus lecti de quo dixit q̄ grece dicitur pedetolene.& ponebatur in prīa domo ut in eo stans exspoliaretur suis pānis. Exiccef sudor.quia si accidat q̄ sudat.nō tñ q̄ studeas eum facere sudare. Vel sudor.i.humiditas aquea quia alr oleū nō applicaref sibi Reliqua sunt nota.

De cibatione habentiū ethicā.

o PORTET ꝛ. Almes.i. pisces.apud alios sunt robille. Fidebogeti est mod⁹ preparatōis cibi. Aduragi .i.pisces petrini uel turtur. Adugi.i. aues parue.aliquid uini ad confortādū mosos.i. gelatina dicta apud nos.Aduragi.i.turtur. alii dicunt q̄ est species p̄dicū.Culagegi & altobugi sūt modi perdicum.pullis.s.paruis.Gulmen est mod⁹ cibi acetosi. Generalr scias apd sarracenos esse multos modos p̄parationis ciborū quos diuersificant saporibus & in colorib⁹. ut apparet in libris eorūdē dictis supra ca°. aqua carnis.i. succo carnis differt a brodio. ut Auic. in li° de uiribus cordis.ca° de carnib⁹. Et nō apparet signū digestōnis.i. licet in ethica nō appareat signū digestiōis tñ potest dari aquā frigida quia nō est feb^is mālis. & ideo Gal'.uoluit 3° regiminis acutorū 2to i5°.in fine. q̄ signum digestionis est quid uile in febrib⁹ coliquationis ad danduz in potu aquam frigidam. tñ si apparet digestio suspicandū est q̄ aliq̄ sint materie in ethico que rectificatione egent est melius in dando in potu aquam frigidā etiam si uigoretur nālis calor fortior.Sirsen.i. apostema cerebri. Birsen.i.apostema pectoris. Causam aūt sui dicti Auic. perfecte assignat.

De succurrēdo disp̄oib⁹ sequētib⁹ ethicam.

d EILLIS. Aquā sanibc.i. ordei torrefacti qđ habet ex torrefactōe stipticitatē gūmi.s.arabici. lētes elixate.s.aqua p̄iecta pluries & iterata.s.in decoctione. quia pluries & pluries sit p̄iecta aqua.reliqua sunt nota.

De ethica senectutis.

o CCVRRIT.In hoc ca° determiāt de ethica senectutis que dicif sic q̄a talis est dispō senum ut Aliab. 3° te^ce.& Auic.in hoc ca°. & p° dat cāz q̃re hic determinat de ea. qa consuetudo est antiquorū loqui de ea post ethicaz. & fecit hoc Serapio 6° breuiarii sui & Rasis i6° cōtinentis.hec aūt est antiquor̄ consuetudo loqui de ea post ethicā. & fecit hoc quia contrariaf ethice febri. cum febris ethica sit morbus calid⁹ in corde & toto corpore. scia aūt contrariarum potest cadere in eodem & cōicaf.

Z^a causa fuit q̄ ethica senectutis in omni sua specie est siccitas cordis & totius corporis. & in h° cōicat cū ethica febrili que licet principalr sit caliditas est tamē sibi associata siccitas cordis & totius in qualibet sua spē.& ideo dixt supra q̄ ethica senectutis cōicat febri ethice in siccitate & diuersificaf ab ea in calore & frigore.quia.s.feb^i ethice cōicat calor. sz ethice senectutis cōicat frigus. Tertia causa est quia quidā antiquorū noīauerūt ethicaz senectutis febrez.de quibus fuit Aliab.8° te^ce. & Serapio tractatu 6°. q febrē ethicaz diuisit in calidā & frigidaz uel ethicam senectutis.& ideo scia eius cadebat in ca° febriū. Ista tñ nominatio īpropria est. cum febris a feruore dicaf siue ab igne & calore. unde prio regi.acu.2to 43°.dicit Gal'.q̄ febris est q̄n caliditas nālis muratur ad caliditatē igneā.unde Rasis i6° continentis.ultimo ca° dicit Quotiēscunq; domīatur caliditas nociua toti corpori illa erit feb^is & appellatūr febris si frigiditas fuerit in toto corpore licet nō debeat de iure dici febris per modū tñ similitudinis appellatur febris. quia sicut febris est totius passio & p° cordis ita ethica senectutis

eſt totius frigiditas & ſiccitas & prio cordis. INTENTIO. Hic ꝑſequitur. & primo dat modos huius ethice. z° corpora apta. 3° cās. ibi z^a. Et ſenes. ibi 3^a. Et cauſa. Conſiderandū ꝙ qa oīs ethica ſenectutis eſt ſicca. nō tī omnis eſt paſſio frigida ut ſtatim apparebit. ideo notificant eā per dominiuz ſiccitatis. Et ſi conſideres ꝙ oīs ethica ſenectutis eſt paſſio frigida tī quia frigiditas in ea eſt a ſiccitate. ſ. ꝯſumptōe humidi & hoc in ea que uerē eſt ethica ſenectutis uel in pluribus. ideo diffinitur per ſiccitatē. dico aūt in plurib⁹ qa ethica quedā ſenectutis eſt in qua frigiditas nō pēdet omnino a ſiccitate ſic illa que fit a potu aque frigide uel balneo in ea. Cōſiderādū ideo ꝙ duas uidetur ponere ſpēs ethice unā in qua eſt temperātia in calido & frigido. aliaz in qua eſt frigiditas. & utriq cōicat eē abſq febre. Dubitaf primo an cum hac ſiccitate poſſit coniungi caliditas.

Z° an ſiccitas cū caliditate ſit idez qđ ethica. Dubitaf 3° an ſit poſſibile ethicam ſenectutis eſſe cum calido & frigido. Ad primū uidetur ꝙ cum ethica ſenectutis q̄ eſt ſiccitas n̄ poſſit coniūgi caliditas totius. quia tūc eſſet febris cuius cōtrariū dicit Auic. abſq febre. In ꝯtrariū eſt Gal. in li° de tabe. primo ca°. Dicēdū ꝙ cuz ꝯſiderabiſ bene hec qō eſt de noīe. naz in ſenō eſt dubiuz ꝙ ſiccitati tante quanta eſt in quacunq ſenectute poteſt ꝯiūgi feb^is .ſ. mala complexio calida in corde & in toto corpore ſed an illa ſiccitas cū feb^e poſſit dici ethica ſenectutis an dicatur ethica febrilis eſt qō in uoce. & nō eſt aliquid in re. Conſiderandū eſt hic ꝙ ſiccitas in tanto gradu in quāto reperiſ in q̄cunq ſiccitate uel in q̄cunq ethica ſenectutis. uerbi gra ſiccitas q̄ eſt ꝯſumptio & defectus humiditatis glutinoſe mēbralis poteſt coniungi caliditati x. uel caliditati que ſit ſua cā. uel caliditati accn̄tr illi ſiccitati ꝯiūcte & nō ut cauſa. Siquidem talis ſiccitas ſolidoꝝ mēbroꝝ coniūgeſ caliditati que ſit ſua cauſa. tūc uel iſta caliditas eſt fiens uel eſt facta. ſi quidē eſt fiens tūc tal ſiccitas diciſ tabes ul maraſm⁹ coniunct⁹ feqribus coliquatiuis & illa caliditas diciſ febris colliquatiua coniuncta maraſmo ſiue tabi. Vnde Gal. prīo de dr̄iis febriū. dicit ille cauſones que omnē ꝯſumpſerūt cordis liquorez nō ethice ſunt ſoluz. ſed meraſmordes & tabefactiue. ſi aūt talis caliditas ſit facta tūc h° aggregatuz. ſ. talis ſiccitas & talis caliditas eſt ethica 3^e ſpēi. quia eorū eſt eadem diffinitio. Ethica eniz 3^e ſpēi eſt calor preter naturā factus in corde & mēbris cū ꝯſumptione manifeſta ultime humiditatis. Iſta diffinitō eſt diffinitio etiā pſuppoſite ſiccitatiſ.

Ex h° ſoluitur z^a qō an ſiccitas humiditatū mēbraliū coniuncta calori febrili ſit idem qđ ethica. Dicendū ꝙ ſi illa ſiccitas eſt coniūctá caliditati fcē eſt ethica 3^e ſpēi. nam ſi rō maraſmi ſumitur ab h° qđ ē eſſe ſiccitatem ultime humiditatis ſoluus abſq alia būiditate ſecum exn̄te tūc maraſm⁹ n̄ eſt ethica ſed ſi maraſmus ſit ſiccitas ultīata ſiue ſit cum calido ſiue ſit cū frigido. tunc quilibet maraſmus eſt ethica 3^e ſpeciei ut declarat̄ū eſt & ſicut cōperam⁹ ethicam ſenectutis in qua eſt conſūpta 4^a būiditas. ſ. mēbralis ad 3^am ſpēz ethice ita poteſt comparı ethica ſenectutis in qua eſt deperdita 3^a humiditas ad z^am ſpēm ethice. Si aūt talis ſiccitas dicta ethica ſenectutis cōiungaf caliditati que accn̄taf ſibi ꝯiungitur. uerbi gratia ire aut ſolis aut alteri caliditati tūc eſt duplex egritudo & quelibet habet ſuū nomen & una ab alia nō dependz.

Ad contraria dicendū ꝙ qn̄ Auic. dicit abſq febre nō itelligit ꝙ n̄ poſſit ſibi ꝯiungi febris ſed uoluit ꝙ illa ethica ꝑꝑe ē ethica ſenectutis diſtincta ab ethica febrili que in prin° ſenectutis ē abſq febre q̄ ſit ſua cauſa. Ad 3^am qōem arguiſ ꝙ īpoſſibile ſit eſſe ethicā ſenectutis cum tempamento in calido & frigido. quia talis eſt diſpō ethice ſenectutis q̄lis eſt diſpō ſenis. ſed ſenes ſunt frigidi & ſicci. In contrariū eſt Auic. cum dicit ꝙ qn̄q fit cū eq̄litate in calore aut frigore. In contrariuz eſt Gal. 7° te^ce. & in li° de tabe p° ca°.

Ad intellectū huius p° eſt ſciendū ꝙ hec ethica ſenectutis habz mlta noīa

Dicitur enim ethica senectutis. dicitur etiã tabes. dicitur etiã marasmus. dicit marcor. ab Halie. 8° tecc. dicit ptisis a rabbi Moyse. & 5ª pticula ãmpho²um.

Z° est sciendũ qꝫ quicqd sit de noie ratio huius passionis est consumptio a siccitate ꝓueniẽs. imo exteri⁹ in corde deinde in aliis mẽbris. Si aũt ista sit p° alterius m̃bri q̃ cordis ut siccitas toti⁹ a stomacho pendens nõ sic uere notat marasm⁹ siue tabes. Tertio dicẽdũ ad quesitũ qꝫ nõ est bñ comphensibile fieri ethicã senectutis absqꝫ distẽperamento in actiuis qualitatib⁹. s. in frite. Ratio est que sumit a Gal. 7° tecc. nã in hac dispõe nõ nutriãtur particule sz qñ pticule nõ nutriantur infrigidãtur unde dixit ibidem Gal. certissime enim in nutricionib⁹ infrigidãtur pticule Ampli⁹ infrigidatio fit in nobis defcũ humidi quod est calidi nãlis pabulum sed hoc fit in ethica senectutis. Et has rões itellexit rabbi Moyses zª pticula amphorismorũ ubi mirat de dcõ Gal dicentis posse esse tabem cum tanta uehemẽtia siccitatis & cũ temperantia in calido & frigido. Sed tu dices per rationẽ predictã ego ꝓbo qꝫ in ethica febrili 3ª spẽi est dominiũ frigiditatis. qa est facta ꝟsumptio multi humidi naturalis quod est calidi subiectũ. Dicẽdũ qꝫ est ibi dominiũ frigiditatis priuatione calidi nãlis & est dominiũ caliditatis extranee addite in gradu aliq° & ista nõ ꝟtradicũt si qs ꝟsideret q̃ dixim⁹ in questõne nr̃a de subiecto febris.

Propter solutionẽ rõnũ si quis bñ ꝟsideret & ꝓpter sustẽtationẽ ꝟmonũ qui dicunt in ꝟmonib⁹ Gal. est sciẽdũ qꝫ cum siccitate tabida posse esse temperantiã inter calidũ & frigidum potest dupl̃r intelligi. Primo qꝫ sit tpantia sana qualis erat tpe sanitatis qñ iste ñ erat sic siccus. & hoc modo est impossibile ꝓpter rõem dictã. quia ad defectũ humidi sequit infrigidatio. & hoc mõ omne tabidũ est frigidũ siue sit tabes naturalis ut in senectute siue accñtal.

Alio modo intelligit tpantia huius per exclusionẽ distemperamẽti positi in calore uel frigore. & hoc modo põt esse tabes cũ tempamẽto in calore uel frigore. Tabes enim cũ temperamẽto in calore est tabes febril ut in causone colliq̃tiua ultie. & in ethica circa finez ze spẽi & 3e. In prima enim spẽ non est uera nec apparens tabes. Tabes autez cum distempamento in frigore est sicc illa in quã cadit ethic⁹ febrilis ex potu frigide aque. si g° ꝓpter defectum digestiue stomachi a siccitate aliqs exiccatur paulatim iste potest fieri calidus & erit siccus nõ tñ erit distemperat⁹ i calore ut febriens nec in frigore. ut in frigidatus potu aque frigide uel infrigidatus ex assumptione opii uñ fact⁹ est exiccat⁹ defectu nutritiue. Ape tñ subtiliamus imaginãdo ptes extensiuas caloris & partes intẽsiuas. s. caloris cõplexionis que seqtur mixtionem elementorũ. Et dicamus qꝫ ex siccitate multa nõ fit necessario distemperamentũ in fora caloris intẽsiue sũpta sed extensiue. prima tñ solutio clarior est. Dixit aũt Auic. qꝫ ethica senectutis cũ tempamento in calore & frigore est ꝑm minus. i. raro in uenit. qa multa exiccatio ut in pluribus fit a fortibus causis calefacientibus uel a fortib⁹ infrigidantib⁹ ex qbus deficit nutritiua

Dubitat an siccitas senilis dẽat dici cũ tpamento calidi & frigidi. Dicẽdum qꝫ nõ respectu illius qd fuit ante siue tpe iuuẽtutis & puericie imo est ibi manifesta frigiditas nõ soluz priuatione calidi sed etiã positiue dominãte frigido terrestri & aq̃o crudo. Respcũ tñ extensionũ calidi & frigidi quibus illa siccitas uel illi similis potest ꝟiungi dicitur esse tabes a sicco cuz tpamento frigidi & calidi. nos aũt de tota senum sanitate scripsim⁹ supli° tegni tractu de signis. ex quibus soluũtur ꝟtraria.

ET SENES. Considerandum qꝫ pueri cõsiderato gradu humiditatis & uigore nutritie remotiores sũt a casu in siccitatẽ senilem q̃ iuuenes. sed consideratã aptitudie humidi ad euaporãdum paratiores sunt pueri q̃ iuuenes ut declarauimus fen. zª 3ⁱ libri. & hic esset locus speculationis. ET causa Cõsiderándũ circa ꝑmã cãm quomodo ex caliditate liq̃faciente seqtur frigus qꝫ adhuc actu põt esse calor calefaciẽs

Ergo frigus priuatione nälis calidi & calor extraneus pñt ſimul eſſe. Z^{a} cauſa eſt pot^{9} frigide aque. Tertia cauſa eſt uapores mali & frigidi ꝛc. Et hic cõſidera qa iſta frigiditas eſt diſpõ cõtraria febri putride.ſicut enī in febre putrida uapores calidi diſſ ēperant cor & exīde ſpargitur in totū corpus hec caliditas ita in hac diſpõne uapores frigidi ifrigidant cor & exīde fit ſparſio huius frigiditatis ſuper toto. & intelexit hoc Haly. in tegni cap^{o} de ſignis egritudinum cordis.cum dixit Sexta ſpēs ſignorū ē ex frigore cor^{is}.& ſmo in hoc eſt ſermo ↄtrarius ſermoni in febribus. & qñ ſcitur unū duorū contrariorū ſcitur & reliquū. Quarta cā eſt euacuatões ꝛc. Quinta cā ē ſuperfluа ifrigidatio in febre ſiue cuz potu ſiue cum emplaſtris. & in hoc differt a cauſa z^{a}.Illa enī erat ifrigida^{o} ſuperflua cum febre uel ſine febre & cum potu aque frigide. Iſta aūt cauſa quarta eſt ifrigidatio ſuperflua in feb^{e} tm̄. ET HEE. Confirmaſ ꝓprie facta ↄſūptõe in būiditate ſubſtantifica ſiue glutiоſa ut in ſenectute.ſig^{o} illi eſſet ingeniuz eēt ſenectuti igeniū & ſi illi & et morti & cum ſenectus ſit ſemita ad mortem. Arduas aūt difficultates de repōitiõe būidi lege in bis que ſcripſim^{9} p^{o} cañ. ca^{o}.de uirtutibus.

Sigua.

i NISTIS. Cõſiderandū qꝑ ſigna extēdit ad erbicā ſenectutis que eſt ſiccitas cū frigiditate excluſo accidentali calore uel ſiccitas cuz tpamēto in calore uł frigiditate.& dixit adubul .i.conſumptōis.qa oculi concaui.i.tim pora plana ꝛc.Fortaſſe frigidi tact^{9}. qa nō eſt omnino diſtemperat^{9} in frigido cum diſtempamento manifeſti ex ceſſ^{9} licci. cā paruitatis caloris & raritatis pulſus eorū eſt nota.niſi fortis fiat debilitas.unde oportet qꝑ recuperet per frequentiā. ET proprie.Hic text^{9} tollerat duos ītellectus. unus eſt qꝑ ex potu frigide aque fit pulſus frequens quia fit multa debilitas uirtutis & induratio arterie.g^{o} multū paruificatur pulſus & tardaſ. oportet igitur qꝑ fiat paru^{9} ualde & tardus & frequēs. Ali^{9} intellectus qꝑ cum aqua frigida uehemēter infrigidat & tollerat neceſſitatē euentationis tunc proprie fiet pulſus ꝑuus tardus & rarus.& hoc credo eſſe uerum tu tū cõſidera. ET qñqꝑ eſt urina.Et hoc ꝓpter frigiditatē & ſiccitatem.dixit qñqꝑ quia qñqꝑ poteſt eſſe groſſa ſi flegmata que generanſ inde euacuarenſ.ſicut ſenes in corpore & a figura ꝛc.

Curatio etbice ſenectutis.

n ON ADHIBETVR. Cum nondū ↄfirmata eſt quia nō eſt manifeſta conſumptio humiditatis ultime ſperatur qꝑ nō confirmeſ qđ poteſt non eſſe.aliqñ priuatio uel conſumptō humiditatis z^{e} nec z^{e} ſed conſumetur prima ſicut in pria ſpecie erbice. tamē cauſa in b^{o} nō eſſet ita uehemēs & fixa uerbi gra mala complexio frigida uel defectus nutritiue qꝑ ſperatur eius remotio. ET CANON. Hic accipitur qꝑ cum hac etbica eſt infrigidatio Cliſteria ex capitibus.ſ. agni animalis uel hedi.cum cicere ꝛc.ad calefaciendum ſuper cibationē.i.poſt cibationē & digeſtionē ſicut dictū eſt de balneo. reliqua ſunt nota ꝛc.

Tractatus quart^{9} de febrib^{9} peſtilentialibus & que ſunt eis homogenea uariolis & morbillo.

Capm̄ de febre peſtilentiali.

q VANDOQVE ACcidit ꝛc.Poſt ſciāz đ effimeris & p^{9} ſciam de putridis & erbicis remāſerat Auic. determinare de febrib^{9} peſtilētialibuſ & uariolis & morbillis que ſunt diſpõnes homogenee febri peſtilentiali eo qꝑ multe fiunt in aere peſtilentiali.& hoc dicit z^{ca}.remanebat etiā de fe^{e} apoſtematū & de febrib^{9} compoſitis. & ideo hoc totū ſicut reſiduū agregauit in b^{o} tractatu 4°. Primo g^{o} determinat de febribus peſtilētialibus.z^{o} de alits.ibi z^{a}.Quandoqꝑ accidit.Prima in tres.ꝑ^{o} determīat de cauſa febris peſtilētialis. z^{o} de ſignis febris peſtilētialis & peſtilentie aeris.ȝ^{o} de cura.ibi z^{a}.Et febris. ibi ȝ^{a}.Sūma. Ad ſciendum aūt cām

febris peſtilẽtialis opertꝫ ſcire quomõ fit aer peſtilentialis. z° que ſint cauſe facientes aereꝫ paſtilentialẽ.ȝ° quomõ aer ſcũs peſtilentialis facit febrẽ dcãm peſtilentialẽ.Primo g° facit primuꝫ.z° z^{m}.& ȝ° $ȝ^{m}$.z^{a} ibi Et qñq.ibi $ȝ^{a}$.Et qñ fit aer $ꝑ^{m}$ hunc modũ. Prima in duas. primo facit quod dictũ eſt. z° declarat qđ dixerat.ibi z^{a}.Et ſicut aq̃. Conſiderandũ primo qꝑ licet his uocabulis peſtilẽtia epidimia & undimia idifferẽter utamur tñ ſub ꝓpriis ſignificatis ꝓprie ſumendo dicit peſtilẽtia in aere. qñ eiꝰ mutatione fiũt egritudies uarie tñ in uariis.ut in hoc febris cõtinua in illo interpollata in iſto de colera in illo de flegmate.dicit epidimia qñ ex aeris mutatione fit in hominibus pluribus determinatũ genꝰ morbi ut quaſi oẽs fiũt frenetici aut pleuretici aꝑt tertia nariꝫ aut aꝑr dicit undimia $ꝑ^{m}$ liquos qñ fit muratio in aqua uel ex aqua & inde fiunt egritudines ex loco ſiue ſit ex aere ſiue ex terra ſiue ex aqua.& iõ in qbuſdã ciuitatibus fiũt mꝑti bocii in qbuſdaꝫ multe paſſiones renales & ſic de aliis multis & diuerſis modis iuenimus uſuꝫ boruꝫ uocabulorũ ut etiã ſumit in ȝt° primi epidimiarũ. Gaꝑ.& nos nõ curamus de uocabulis. Conſiderãduꝫ z° qꝑ duos modos aeris peſtilentialis tangit de quibꝰ dixit ſupra liº primo fen.z^{a} caº de mutationibꝰ aeris contra naturã.& itelligũtur a Gaꝑ. $ꝑ^{e}$ de febribuſ.Vna eſt uehemẽs mutatõ in qualibꝫ ut cuꝫ ualde calefit ſicꝫ circa canis ortũ uel cum ualde infrigidatur & hoc intellexit per hoc & ualde humectatur & exiccatur ſed expreſſit de illis q̃litatibꝰ que uehemẽtius imutãt. dixit etiã de mutatione aeris ad frigus nõ qꝑ talis mutatio ſit per ſe cã febris. ſed ut compleret ſcĩam de mala mutatione aeris per accñs tñ frigiditas mordificatiua põt cauſare putridaꝫ ſebrem. Alia mutatio aeris eſt quã uocat mutationẽ in natura ſua & ſupra libº prĩo fen z^{a} uocat mutationẽ in ſubſtãtia & dicitur alteratio in ꝓfundationẽ.i. $ꝑ^{m}$ partes mĩmas ꝓfundas.unde etiam ex hoc dicit ꝓfundus ſicut profundaſ.i. permutaſ aqua ad profũdas partes & fetꝫ & putrefit & in hac aeris putrefactiõe maligna nõ appet neceſſario aeris exceſſꝰ in calore uꝑ frigore ſed malitia uenẽoſitatis ſiue uenenoſe putredinis & hec uocatur ꝓprie peſtilentia aeriſ.

Conſiderandũ ȝ° qꝑ Auic.accepit aquaꝫ in exẽplo qa eſt ſenſibilior q̃ ſit aer. unde antiqui aerẽ appellabant uacuuꝫ ut z° de aĩa. ET SICVT.qa dixerat qꝑ aqua putrefit.ideo oñdit qꝑ nõ proprie putrefit.& hoc eſt qđ dicit nõ putrefit ullo mõ.ſ. putredie ꝓprie dicta que ſit ſibi forma ſed improprie putrefit qa miſcet enꝫ ſibi uapores putridi & ex hoc accidit toti aggregato ex aqua & aliis uaporibus mala qualitas. nã mala q̃litas põt acquiri ĩ aere & aq̃ que qualitas nõ eſt formaꝑr putredo q̃ inſit aque uel aeri. Dubitatur quia dicit qꝑ aqua nõ putrefit.Contra quia Aꝛ.4° methaurorũ.uult qꝑ omnia putrefiũt preter ignẽ.Ampliꝰ ꝓbleũatuꝫ z^{5}°.14° problemate.querit ꝓpter quid aer & aqua putrefiunt. Ampliꝰ diceret aliquis ɔñtia Auic. eſt uera.ſ. qꝑ ſi aer & aqua eſt corpus ſimplex. g° ñ putrefit ſed ɔñs eſt falſum quia aer & aqua que nos circũdant ñ ſunt corpa ſimplicia ĩmo compoſita ut Auic. prĩo cañ.fen.z^{a}.caº de ĩmutatiõe aeris ɔtra naturã Dicẽdũ qꝑ cũ putrefactio ſit paſſio mixti ut intelligiſ 4° methauroruũ ipa nõ debetur corporibus ſimplicibus.ſ.elementis que ſunt corpora ſimplicia.ſ.inq̃^{m} ſunt ſimplicia.elementũ g° qđ reperiſ ſimplex ſicut ignis non putrefit.Et iã qa ſuus calor exceſſiuꝰ a putrefactõe ꝓhibet. Alia aũt eleñta que contingit impuriora reperiri q̃tũ ad illas partes que ſunt nobis uſuales putrefiũt preter ignẽ.& quia ps aeris coniũcta igni eſt plena igne ideo ps illa etiaꝫ nõ putrefit.& $ꝑ^{m}$ hoc dixit Aꝛ. probleumate prẽdicto qꝑ aqua & terra putrefit aer aũt nõ.Et una de cãis quã dat eſt qꝑ aer eſt igne plenus ſed ſermoeiꝰ aꝑr poteſt ĩtelligi de qũo ñ curamꝰ ad ꝑns. Ex qbus apparet qꝑ quanto magis elemẽta tendũt ad nãꝫ ſimplicis tanto magis longantur a putrefactiõe g° cum Auic.dicit qꝑ aer & aqua nõ putrefiunt ullo modo.ſ.uera putredine

propter ſuam ſimplicitatē poteſt eius ſermo dupl'r intelligi. uno modo qꝫ nō putrefiunt uera putredine ꝓpter ſuaꝫ ſimplicitatē. i. qa tēdit m'tū ad naturā ſimplicis elementi. unde licet ſint cōpoſita. ſ. aer & aqua. tñ cum hac compōne multū ſunt ſimplicibus elemētis ꝓpinqua & ſepata à natūra mixtōis mixtorū compōitorū. & ideo putrefactio aq & aeris nō eſt uera putrefactio qualis eſt cadauerū ſed eſt receptio putridoꝝ uaporū in ſe ad partes ꝓfundas. & ſic ceſſat cōtradictio Auic. hic & ſupra li° p°. ibi enim dix't qꝫ aer qui nos circūdat & aqua maris & lacuū & ſimiliū. unū quodq; eorū eſt corpus compoſitū ex 4^or elemētis qa nō ſunt uere ſimplicia ſed aliquā habent compōnem. Cū aūt hic dicit qꝫ aer & aqua nō putrefiunt ullo mō ꝓpter eorū ſimplicitatē & qa ſunt ſimplicia. nam ſimplex nō putrefit. putrefiūt g° quia ſunt cōpōita. & talis compō dicta eſt lib° p°. fen. z^a. una qa ſi'l componif & putrefit qa admīſtrenf eis uapores mali ꝛc. hec expō z^a licet cōcordet illuꝫ textū clarius cū textu poſito in li° p° fen. z^a. nō tñ uadit ad intellectū Auic. ſicut pria expoſitio. ET qñq;. Cuꝫ oñdit modū quo putrefit aer & aqua. quia eſt per admixtionē uaporū putridorū. modo in parte iſta oñdit que ſint cāe facientes aerem peſtilentialē. & p° facit hoc. z° tangit diſpōnes quaſdam ſiue febres ſequētes aeris diſpōneꝫ ut oñdat q ex eis eſt diſpō u'l febris peſtilentialis. 3° complet ſermonē in cauſis peſtilētie. ibi z^a. Et ſe'ls. ibi 3^a. Et p̄n^m. Quod primo dicit eſt dictuꝫ Gal'. prio de d̄ris febriū. & uult qꝫ putridi uapores ſurgunt qñq; a cadaueribus nō ſepultis uel tumulatis. & qñq; ab aquis putridis & iſta loca qñq; ſunt longinqua qñq; ſunt ꝓpinqua. Dicit z° qꝫ qñq; accidunt putrēdines in īteriorib9 quia in uiſcerib9 & cauernis putridis ꝓfundis terre & iſte putredīes corrūpunt aquas que inde efluūt & illaruꝫ uſus eſt cauſa putredinū praūaruꝫ & corrūpunt etiā aereꝫ. ſi g° conſideras putredines in nobis poſſunt fieri non ſolū ab aere putrido ſed etiā ab aqua putrida & ſimil'r a cibis putridis. Mortalitas eniꝫ corrūpit arbores & uegetabilia & ideo homines qui ea comedunt corrūpuntur ut ſupra li° p° fen. ſcđa. Tamē dicamus qꝫ febres peſtilētiales fiunt ab aere putrido qa aer putridus magis nobis cōtinuus eſt in impſſione & ſtatiꝫ corpetit & pulſionē. ut bene dixit ẏſaac febriū 5°. Nos aūt ſuper libro tegni diſputauim9 qđ magis nos permutet an aer an cibus & pot9. Deinde dicit ꝓpter cās q̄rū euent9 ignoratur. i. ꝓpter cās uel aliquas ꝛſtellatōnes reſpicientes uiſcera terre cāntes in eis has corruptiones q̄ ſunt note aſtrologo & ignote medico. Vel dixit hoc qa aliqñ concluſo aere cuꝫ uaporibus in ꝓfunditatibus terre fiūt corruptiones multe quarū cauſa nō pl9 eſt ſcita q̄ ſciatur quare hoc mixtū eſt ueneno ſum ut napellus & hoc fit a pūteis q buſdam longo tpe coopertis apertione facta qñq; exit eam putridus aer u'l uapor ut ſtatiꝫ occideret potātes & citi9 quocunq; ueneno. ET febres. Ex dcīs Auic. uult qꝫ febres peſtilentie ṽe nō ſunt ille que fiunt ex aere ſicco. aer eniꝫ ſiccus facit febres colericas ꝓprie ſiccas cum calore & iſte febres indiſponunt corpus ne accendaf colera ex illarum acuitate ſed febris uere peſtilētialis eſt illa q̄ fit ex aere turbido ꝓpter calorē putredinalē coniunctū humido quia humiditas eſt ꝓprie materia putredinis quicunq; g° humorū putrefit ſiue colera ſiue flegma ſiue melancolia uel ſanguis dūmodo eius putredo ſeq̄tur putredinē aeris debꝫ dici febris ex illo humore peſtilentialis febris. ſed ſi putrefieret colera ex incendio aeris qa ſit calid9 & ſiccus debet dici febris illa colerica & nō ꝓprie peſtilential'. ET febris in aere humido. Cā pluris euentus & lōgitudinis ē multiplicatio materierū ex humido multo Cauſa autē minoris acuitatis eſt repſſio acuitatis caloris ab humido. & ideo conſtitutio

ſicca eſt cauſa cōtrariorū. Nos autē iſta diſcuſſimus 3ª ꝑticula ampho²um. ſuper illo ampho. Egritudinib⁹ in pluuialib⁹ tꝑibus. ET MELIORA tempora. Contra quia autūpn⁹ ſiccus eſt peior & qui eſt magis pluuioſus & humid⁹ eſt melior. ut primo li° ten. z ª.

Quidā dixerunt ꝙ autūpnus in ſe cōſideratus eſt melior qñ ſuā ſituationem ſeruat. & ꝟuenit magis corpibus ſed conſiderata rōe diſpōis precedētis ex eſtate eſt melior ſi eſt humid⁹. Alii dicunt ꝙ autūpnus hūidus eſt melior ſicco tñ ſeruans ſuaz naturā eſt melior ſicco & humido. & hec oīa ſūt diſcuſſa ibidem. ET PRINCIPIVM. Hic complet has cauſas. Conſiderā dū principiū omniū horū poteſt intelligi horum. ſ. cadauerū occiſorū in preliis qa ordinationes hominū ad hec prelia ſunt ex aliqua conſtellatione. Et ſimiłr horum. ſ. ualliuz ꝑfundarū & corrupti onū aquaꝝ in illis. Et horꝝ. ſ. corrupti onuz in uiſceribus terre. Omnia enim iſta habent determīatas ſignificatiōes in celo. & b° apud aſtrologos qui oms effectus in ſuperiorū motū reducunt De quibus fuit Arebael Rachel. In ſūma g° exponitur prin^m horꝝ omniū .ſ. accidentiū ex quibus fit aer peſtilē-tialis. Alr poteſt exponi prin^m horū omniū. i. principiū putredinuz in aere & mortalitates ſunt foꝛe ā. i. determīate ꝟſtellatōes ſicut eſt ꝟiunctio ſaturni & martis. cuius euētus ignoratur. ſ. a medicis. ſcitur aūt ab aſtrologis. LI CET SINT QVIDAM hominuz. Forſan ꝙ Auic. loqtur contra quoſdā auctores imaginū qui credūt ꝙ poſſit componi imago deſtructiua hominuz unius ciuitatis ul' caſtri uel prouincie.

Conſiderandū ꝙ aſpectui determinato rñdet determinata configuratio qm̄ ſ^m plagas ſiue loca ſic accidit mortalitaſ in uno climate & nō in alio. qñq ſ^m ſpecies animaliū. unde moriuntur aliqñ homines aliqñ boues àliqñ pulli & ſic de aliis. qñq eſt ſ^m determīatos modos hominū in complexiōe & aliis & hec poſſunt intelligi ab Auēzoar in teiſir 3°. ET QVANDOQVE faciūt. Hec eſt generalis inueſtigatio cauſarū celeſtiuz & terreſtriū. quia qñ figure celeſtes agentes & diſpōes terreſtres reſpiciētes faciūt humectatōez multā in aere tūc młtiplicātur putridi uapores in aere & putrefaciunt aerez cum debili qualitate caliditatis. qa hec eſt diſpō aeris peſtilentialis ꝙ eius ſit caliditas obtuſa. ſi enī eēt ualde fortis caliditas tūc ceſſaret ꝓpter illaz putrefactionē & hūectationē. ET qñ fit aer. Hic oñdit primo quō aer peſtilentialis facit febrem peſtilentialē. z° declarat q̄daz. ibi z ª. Agens eniz. Dubitatur utrū febris peſtilētie ſit putrida. Videtur ꝙ nō īmo effimera. qa ꝑ^m nocumentuz eius uidetur eſſe in ſpū. unđ dicit corrumpit cōplexionē ſpū ſ. Videtur ꝙ ethica qa Raſis curat illaz illa cura. Dicendū ꝙ febris peſtilē tialis eſt febris putrida qđ apparet per Auic. hic cum dicit putrefieri qđ circū dat ipm. ſ. corpus uel ſpiritū. i. humiditates cordis. Idez dicit Gał ꝑ° de dr̄iis febriū. cuz dicit. Quia uero peſtilētiosaruz meminimus febriuz a putredine omniū fientium. ꝓbatur rōe qa actio ꝓpria aeris putridi cuz attingit in cor eſt putrefacere. g° reſultabit ex b° putrida febris. Tamen ſciendū ꝙ hec febris differt à putrida febre ſiue à putridis febribus cōiter euenientibus que nō ſunt peſtilētiales. Primo qa in peſtilentiali febre putredo eſt maxime circa cor. In aliis aūt febribus nō eſt hoc ne ceſſariū. Z° qa hec febris habet determinatā cām putredinis. ſ. aerem peſtilētialem. & qa aer ꝓprie dict⁹ peſtilēcial' eſt malignus q̄ſi uenenoſus. ideo hec febris eſt de maligna & uenēoſa putrefactione. Ad contrariū dicendū ꝙ illud nocumentuz in ſpū nō facit iſtam febrem eſſe effimerā īmo putridaz determinati modi. aer enim putrid⁹ prīo miſcetur ſpiritibus & illos prīo incipit corrumpere & corrumpendo illos putrefacit humores cordis. Sed dubitatur. naz ponamus ꝙ prius aliqs tꝑ corrūpatur in ſpiritibus ab aere putrido ānteq̄ putrefiant humores cordis. q̄ero que febris ſit illa. Dicendum primo ꝙ nō erit febris ſed poterit eſſe ſincopis uel alius defect⁹ cordis ꝓpter

illam corruptionē ſpirit⁹. Vel dicendū q̄ ſi illa alteratio eſt ad caliditatez p̄ter naturā in corde & deinde expandiť qđ erit febris reducibilis ad effimeraz uel ad putridā. Iſta aūt ſunt ſcita ex q̄ni-b⁹ nr̄is gñalib⁹ ſup li⁰ de dr̄iis febriū.

Ad Raſim dicendūz q̄ febris peſtilentialis curať medicinis ethice q̄tū ad infrigidationē. Dubitať utr̄ febris peſtilētialis poſſit reperiri in uno ſolo homīe aliis hominib⁹ illi⁹ ciuitatis nō habentib⁹ illaz. Videť q̄ nō per Auic. cum dicit cōicat multitudini hominū. Et idem uult Ar̄. ꝓbleumate prīo & 8⁰ ꝓbleumate. In contrariū eſt qđ experientia aliqñ inuenimus. In hac q̄e diximus & Inigauim⁹ Dynus & ego una uice in ciuitate Senaruz. dicebam enim unū febrientē habere febrē peſtilentialē. & tamen null⁹ erat Senis qui febriret ſimili febre. & b⁰ nō accedebat Dyn⁹. Dicam⁹ g⁰ q̄ ī uno ſolo homine p̄ōt accidere febris ſimilis febri peſtilentiali in putredine & prauitate licet nō ſit uere peſtilentialis ab aere. ſ. peſtilentiali cauſata. qa nō eſt impoſſibile ī aliquo homine putrefieri circa partes cordis hūores & ſi uenenoſos p̄ter b⁰ q̄ fiat ab aere. & illa eſt febris ſimilis febri peſtilentiali. Zº p̄ōt fieri peſtilentialis uera. pono caſuz q̄ in una domo ſit unū cadauer fetidiſſimū & un⁹ ſol⁹ homo includať & febriat ex illorum uaporum putridorū inſpiratiōe. manifeſtū eſt q̄ iſta febris erit v̄e peſtilentialis. Iſte enim nō alr̄ febriret q̄ ſi eſſent ibi mille cadauera & infeciſſent unā regionē nec aſſociari mr̄tis in hac febre facit illā plus eſſe peſtilentialez q̄ ſit ſicut uno homine exñte albiſſimo ñ plus eſt albus ſi decē millia fiant cū eo albi. Ad auctoritatē dicēdū q̄ peſtilentialis febris ut plurimū cōicat multitudini hominū. qa ut plurimuz fit a cauſis cōibus celeſtibuſ uł terreſtrib⁹.

AGENS ENIM. Primo declarat quare dixit qui habent preparationis ꝓprietatem. zº declarat que ſunt iſte p̄parationes & corpora p̄parata. ibi zª Et p̄paratio. De prima ꝑte diximus ſupra ſen. zª. p̄mi. eſt enī ꝓpō phiſica & nō hic diſcutienda. q̄ corpora multe balneationis ſunt preparata non habet dubiū. Sed habet dubiū an corpora dilatatorū pororum ſint magis apta in currere febrem peſtilentialē. Videť q̄ nō primo de dr̄iis febriū. illo caº calidi ores ā. In contrariū eſt Auic. Quidam ſoluūt ꝺtradictionē & dicūt q̄ lr̄a dicit dilatatorū & nō dilatator̄ poror̄ intelligit gº corpora dilata tor̄ illa que ſunt multi cibi & potus que exhº ſūt multū replata. Nos aūt multas dēdimus ſolutiones in hoc ſed meliores ex eis ſunt ille. Prima q̄ febrē peſtilentialē homīes poſſunt incurrere dupl'r uel ex uiolentia aeris maligni. & hanc magis incurrerūt qui maiorē q̄titatez attrabūt illius aeris & ſunt corpa rara uaporē attrabētia. raritas gº eſt accñs iuuans ad euentū peſtilentie. mō dico & ſic Auic. loquiť. Alio mō poſſunt illam incurrere ex putrefactione īcho ante a cauſa intrinſeca circūſcripta im p̄ſſione aeris ſed aer eſt ad hº adiuuās & hoc modo magis incurrerunt febrez peſtilentialē corpora opilata in poris. quia ex hoc prohibetur trāſpiratio & ꝓhibita tranſpiratio eſt cauſa pūtredinis. Zª ſolutio eſt q̄ raritas poror̄ eſt duplex. una nālis ſicᵗ uiri ſunt rari & poroſi cui opponiť denſitas nālis. & pororū paucitas ſicᵗ mulieres ſūt rare & ſ̄m hº corpora rara lata & aperta in uiis plus egrotāt in prauis peſtilētiis q̄ corpa denſa paucorū pororū ſtricta in uiis. Ratio eſt qa corpora rara plus trahunt de maligno aere. & nos p̄ experientiā uidimus in prauis peſtilētiis pl⁹ mori iuuenes robuſtos q̄ mulieres & q̄ uetulas ſicut uiſum fuit in praua peſtilentia que p̄ceſſit iā ſunt tres anni. Alia eſt raritas accñtalis. & uoco raritatem accñtalem illaz que excludit uł opponiť opilatōi ſiue clauſiōi pororū & uiarū a cauſa accñtali. uerbi gratia a materieb⁹ malis & talia corpora que hac denſitate ſunt ſtricta uel denſa ſūt que ſunt parata putredini & cadere in febrem peſtilentialē & corpora eis oppoſita que ſunt mūda a ſuperfluitatib⁹ opilātib⁹ uias ſunt īdiſpoſita ad febrē putridam. & ſic loquiť Gał. p⁰ de dr̄iis febriū. ſed p⁰ modo loqtur Auic.

EC FEBRIS. Hic ponit
b signa pestilentialis febris
z° ponit signa pestilentie
aeris. ibi z^a. De illis. Pria
hab3 tot ptes quot põir signa. & ultra
ponit determiatos modos febris pesti-
lentialis. Quieta exteri?. i. nõ apparet
calor extensiuus in extremitatib?. p°
quia calor cum fiat intus ꝑpter nocu
mentũ mãgnũ circa cor unde ɔturbat
intus. z° qa gradus caloris in hac feb^e
nõ est multũ eleuatus sic^t nec in aere
putrido. ſ^m plurimũ perdẽs. i. occidẽs
ꝑpter cordis magnũ nocumẽtu3. ex q̃
percipitur caliditas & pro. i. ĩflãmatio
fortis. Contra qa iãm dictum est q̃
hec febris nõ est eleuata in gradu calo
ris. quõ g° percipit inflãmatio. Di
cendũ q̃ nõ est b° ꝑpter calorẽ gradu
al'r ītens u3 necessariũ sed ꝑpter mlt̃os
uapores malignos putridos ɔstrictos
circa cor & pulmonẽ. magnitudo bene
litus ꝑpter flãmã circa cor. uel magni
tudo supra quãtitatẽ ad multitudinẽ
uaporũ multorum que ꝑprie magni-
tudo ñ est exaltatio. i. in altũ eleuatio
ꝑpter cã3 dictã. Cõstringũtur multu3
qa est maior necessitas expulsionis ua
porum putridorum q̃ remissio caloris
licet sit cõe hoc omnib? putridis. tamẽ
plus est in pestilentialib? coartãtur ul'
curtãtur defectu uirtutis. & ex hoc fre
quẽtatur. & ſ^m hoc ul' sufficit magni
tudo benelitus. uel nõ est uerã magni
tudo. unde fit frequẽs. uehemẽtia sitis
ꝛc. ꝑpter uapores putridos qui multi
plicati in spũalibus cõtrate inflãmant
os stomachi ex quibus etiã potest fieri
dolor. Et si nõ resistitur. hoc appebit
in cura. Magnitudo splenis. Crederez
priorem cãm esse quia defectu caloris
nãlis malicia splenis uentosat' & emit
tit uapores grossos qui ibi retinentur
& iflãmãt. angustia ꝑpter nocumẽtũ ĩ
interiorib?. tussis sicca. ꝑpter uapores
putridos qui nocent cãnali pulmonis
dixit fortasse. quia nõ in quõcũq; hoc
nocumentũ excitãt ad tussim. Casus
uirtutis. Hic sumit'pro dispõne infra
syncopiz. & potest etiã fieri syncopis &
b° ꝑpter nocumentũ in cor de. cõ. nixti
onem. ꝑpter uapores ad caput euntes
tenditur. quiã defectu nãlis caloris fit
uentositatũ multiplicatio & earũ retẽ
tio. uigilie. s. ꝑpter malos uapores qui
ascendũt. mollificatio. quia modus pa
lesis mẽbrorũ ut nõ possit illa mouere
accidit aũt ꝑpter defectũ animalis uir
tutis. tepor. i. caliditas tepida. Littera
tñ Gerardi habet. est debilitas in qua
homo stat ita ut nõ loquatur nec bene
sentiat ꝑpter defectũ animalis ỽtutis.
Et q̃nq; accidit bocor subalbida. i. cine
ricia ul' rubea ex materia habente albe
dinẽ uel rubedinẽ. uelocis occultatiõis
quia defectu caloris materie pallent &
delitescũt. Colla. i. ulcera oris ul' pustu
le corrupris uaporib? tangentib? ptes
oris uel ulcera. s. in aliis ptib? corporis
uidemus enim in febribus pestilẽtiali
bus frequẽter ulcera praua apparere.
pulsus frequẽs paruus. defectu uirtu
tis fit uehemẽs. s. hec febris ul' hec fre
quẽtia pulsus in nocte. qa intus cõclu-
ditur calor. & q̃nq; accidit dispõ sicut
ꝑdropisis. ul' quia modus cacesie ul' cõ
clusio uaporũ est sub cute. uel inflãma
tio uentris ut sicut timpanicus. Flux?
colere & aliorũ. Hic soluitur dubitatõ
an febris pestilẽtialis sit ꝺ uno hũore.
Dicẽdũ q̃ ut plurimũ est de diuer
sis humoribus. qa diuersi. i. plures hu
mores putrefiunt ꝑpter maliciã putri
di aeris & defectũ uirtutis. ꝑncipaliter
tñ est de putredie sanguis circa cor qa
humor qui reperitur circa cor ut pluri
mũ est sanguis. Illo aũt putrescente cõ
tingit & in aliis ptibus putrefieri alios
diuersos & uarios humores cum non
possint regulari a uirtute. ideo accidit
fluxus uentris diuersorũ humorum.
& hoc est quod dixit colere & alior. s.
humorũ tñ ſ^m diuersitates corporum
pestilentialiũ in materia. ut in quoda3
homĩe febris hec fit de materia colicã
ul' cũ materia colerica plurimũ. In alio
aũt flegmatica & sic de aliis. Egestio
leuis. i. liqda q̃nq; ꝑpter indigestione3
uel eliquationẽ. uel leuis. i equalis eq̃
litate mali exeũtis. que eq̃litas signifi
cat dominiũ innãlis calidi. unꝺ uitupe
ratur talis debilitas a Gal'. ꝑnostico rũ
z°. z^i °. ɔ^to. & Auic. p° cañ. fen. z^a. cap°

de fetida egestione ꝓpter malicia3 pu tredis. Fetor eni3 significat putredine3 ut intelligit͞ ꝓ° ꝓnostico3 ultimo ꝯto. nōnālis.i. nō digesta quasi dicat nō est leuis ꝓpter digestionē.uel nō naturaľ .ſ.in calore uel in substantia nec in aliis Et qñq3 est melancolica. aliqñ Auic.ꝑ digestionē melancolicā itendit egestio nē fecalem.i.grossam. qua3 distinguit contra subtilē uirulēta3.& talis grossa potest apparere in febre pestilētiali.qa materie possunt uenire ad grossiciem ꝓpter resolutionē pñtem & ꝑ añcessio ne3 exitus aquosi uirulenti. aliqñ per egestionē melācolicā itelligit sic⁹ sonat uocabulū.i.nigram ꝑm suas species.& hoc etiā fieri potest in pestilentiali fe⁹. & hoc uel quia pri⁹ latitebant hee mē. uel quia malicia febris sunt cōpersi bu mores ad naturā melancolicā. Spumo sum ꝓpter ebulitionē uel uentositatem motas que nō resoluūtur.fetidū.& est in ea.quia calor intus cōclusus potest liq̃facere pinguedinē.unde appebit in egestiōe aliquid unctuositatis.urina aquosa. Considerandu3 q3 sicut est multa diuersitas in febribus pestilenti alibus quātū ad materiā & ad dispōes alias sicut potest esse multa urinarū di uersitas.aquosa est qñq3 defcū caloris in se qñq3 cruditate materie colerice & qñq3 accidit cum febre hac esse colere putredine3 & inflāmationē melācolica erit.aut domināte.ſ.melācolia. aut ui-detur melancolica urina subtiľ liqda q̃ potest fieri ꝓpter caloris extinctione3 Et multotiens euomūt melancoliā & colam post illam.Dixit Dynus q3 per colam intelligit nigram.ut fen.z³.unđ prius expelleebatur melancolia minuſ maligna postea magis maligna. Sed nos dicamus q3 in hac febre corrūpū-tur & cōmouētur būiditates diuerse & si uirtus potest illas regulare expel letur colera primo.melācolia uero post illā.sed si uirtus deficit nō seruaſ ordo euacuatōis. & ideo prīo qñq3 euomūt melācolia3 ut contingit illam ineptam fieri colerā v̄o rubeam post illā. Sudāt sudore fetido.i. quicqd exit ex eis est fetidū ut 4° teactatu Almāsoris. cui⁹ causa est iam dicta. uel sudore frigido .i.sincopali. ET HEC qde3 febris. Hic ponit quosdā modos determiatos pestilentialis febris.& ponit duos mōs Vn⁹ est q3 aliqñ hec febris a principio est ualde fortis.& ideo incipit cū p̄dcis accñtibus prauis & tandem euenit res eius.ſ.infirmi ad sincopim & accidētia mortalia. Considerādū q3 lr̄a potest habere duplicē intellectū. Vnū gñale3 & est q3 febris pestilentialis cū ut plu rimū sit mortalis incipit cum accñtib⁹ predictis morralibus prauis siue ir̄ēsis & hoc est quod dicit cu3 fortitudīe sua ita q3 hoc sit cōe omni pestilētiali siue pluribus incipere cū accñtib⁹ fortib⁹ & uenire ad accñtia mortalia ut plurimū. Alius est intellectus spēalis.& est q3 qñ febris ista incipit cu3 sua fortitudine tūc incipit cum suis accñtib⁹ prauis & tunc ꝑmutaſ ad sincopim ℞. g° per hoc Auic.innuit q3 aliqñ pestilentialis febris est cu3 fortitudīe & cū accñtibus prauis. aliqñ est a principio occulta cum suis accñtibus. g° hoc qđ dicit hec febris incipit ℞.cū fortitudīe .i.qñ est fortis.spasmū uel alguzen.i.te tanum & fit ex grossis uentositatibus inclusis defectu caloris nālis.& taľ est mortalis ut 3° cañ.fen z³. imagiari aūt spasmū & tetanu3 posse fieri per uiam exiccationis aūt repletionis in febrib⁹ pestilentialibus nō est difficile. ET QVANDOQVE. Hic ēali⁹ mod⁹ febris pestilentialis. Dubitatur qa iam dixit q3 in hac febre pestilentiali ꝑ cipitur caliditas fortis & inflāmatio. Hic aūt cōtrariū dicit. Z° dubitaſ quia dicit q3 pul⁹ nō alteratur magna alteratione. Contra quia febris hec fit ex pūtrefactione humiditatū circa uē triculos cordis.g° maxīe oportz pulsū permutari Ampli⁹ hec febris de q̃ loquitur hic est interficiens uelociter g° in corde est magna permutatio & per consequēs in pulsu est magna alte ratio. Tertio dubitaſ quia dicit q3 urina nō permutaſ alteratione magna & idem assentit fen.z³ huius ca° de iu dicus urine.Contra ista urina habebit digestionē sed digestio oñdit uelocita te3 crisis & fiduciā sanitatis.ut primo de crisi. Et in multis locis Gal.clamat

Ampli⁹ defectu caloris exũte in corde
oportz ꝙ sit in epate. epar enim digerit
uirtute cordis. & est sicut uicarius ei⁹
in hoc ut sentit Auer. zº colliz. aut non
digerit nisi habeat auxiliuz caloris ui-
talis ut etiam medici sentiũt. quō ergo
spũ cordis tm̃ malignato ut cito mors
eueniat potest esse urina laudabilis.

Dicendum primo ꝙ hec febris est
pestilẽtialis quedã. Vnde nō sunt accñ
tia predicta cōia omni febri pestilẽtiali
quod Auic. bene innuit qñ dixit. qñꝙ
est de his febribus. Licet gº in multis
pestilẽtialib⁹ intus sentiaf̃ caliditas &
inflãmatio. in aliqua tm̃ nō percipitur
intus multitudo caloris. & hoc erit qñ
accidit putredinẽ humorũ esse similez
putredini aeris. Aer enim pestilentialis
habet malignitatẽ & nō habz excessuz
magnũ in gradu caloris.. cuz gº ꝺsimil⁹
putredo sit in nobis tũc est febris pu-
trida maligna ex materie uenenositate
nō tm̃ sentietur multa caliditas. & hec
est febris maligna lenta de qua loqtur
Gal⁹. 3º de crisi. Ad zm dum dicendã
de pulsu prio ut cōiter dicũr ꝙ pulsus
nō alteratur magna alteratione q̃tum
ad dr̃ias pulsus que sequũtur excessũ
caliditatis. & ideo nō sit magn⁹ uelox
& freqns. s. frequẽtia sequẽte excessuz
caloris. sed alteratur magna alteratiõe
quantũ ad dr̃ias pulsus que sequũtur
defectũ uirtutis. & ideo pulsus erit de
bilis & inordinat⁹. & si est frequẽs est
qa paruus. nec tm̃ eius frequentia erit
tanta quanta erit cũ maiori grãdu ca-
loris febrilis. Dynus uero p̃ter hãc
ita ꝙ quot ſunt orripilatiões tot ſu nt pox^{t}. ET qñq. Hic ponit ſig^{a} emitritee diuer^{te} ſ^{m} tpa & p^{o} p^{n} & aug mẽti. z^{o} ſtat^{9}. 3° declinatõis. pres patẽt qñq qa eſt uera emitritea. Vehemẽtis ꝺmotõis ꝓpter redit^{9} orripilationũ. & b^{o} eſt qđ ſubdit tũc eiȝ & ꝓp̃e qñ x̃. & tũc p̃e fit pugna inter bũores qñ ſiꝑ uꝑ q̃ſi ſiꝑ mouẽtur. ſi eiȝ uno bũore iam moto & finito ei^{9} pox^{o} alter bũor coal ternatiua iuaſiõe moueaſ ñ fit pugna Stat^{9} longinqu^{9}. qa ñ eſt ſtat^{9} niſi am bob^{9} m̃bris uniformiter caleſcis ꝙ non dũ hic redeũt orripilatões. q̃to g^{o} orri pilatões ſũt p̃hib^{9} nicib^{9} redeũtes tãto magis tardaſ ſtat^{9} ex b^{o}. alia ſũt nota ex dcis. ET ſtat^{9}. Hec oia ſunt v̊ba Gaꝑ. z^{o} de dr̃iis fe. ubi dicit coꝑici uelo citatẽ fꝑatis detinet humor fꝑatici uero tarditatez & pigriciã. coꝑic^{9} corrigit. & b^{o} ulti^{m} inũit cũ dicit qñ caꝑitas. ſ. fe^{1s} emitritee in die mot^{9} coꝑe & fꝑatis nõ expãdiſ niſi cũ labore ꝓpter fꝑa qđ de tinȝ uelocitatẽ coꝑe ꝓp̃e in p̊^{1s}. i. in p̊n^{o} & aug^{to} pox^{t} ubi fit illa pugna. uel ꝓ prie in p̊^{1s}. ſ. pox^{1s} barũ febriũ. qa p̊mi pox^{t} fꝑatici ſũt de mã magis cruda ut decꝑauim^{9} in ca^{o} de fꝑa^{ca}. Et fit fortis ei^{9} acuitas apud ſtatũ q̃ſi dicat magis ſunt actu calide & infꝑate q̃ruȝ calore corp^{9} ualde affligiſ ſaltẽ q̃^{m} ad aliquã ptẽ ſtat^{9}. b^{o} dico qa declinãte mã coꝑ^{ca} p reſoꝑoeȝ põt ſtare uehemẽtia caloris fꝑatis tñ cũ b^{o} toto pluri calore moleſta tur q̃ ſi eẽt ſoli^{9} fꝑatis ſtat^{9} Cõſi^{2a} ꝙ Auic. audacter dix^{t} in boris ꝓticꝑarib^{9} & uꝑib^{9}. Gaꝑ tñ b^{o} ñ exp̃ſſit & de hoc nos ꝓlixe dixim^{9} in qõe de ꝓlõgatõe.

ET ſiꝑr. Conſid^{m} ꝙ Gaꝑ. de decli natõe uere emitritee nihil clarꝫ exp̃ſſit Auic. uero ñ dix^{t} de q̃ intellexit an de declinatõe uꝑi uel pti^{21} uꝑ de utraq. In qõne aũt p̃dcã declarauim^{9} ꝙ ſ^{mo} iſſe Auic. maxĩe v̊ificaſ đ decliatõe totius morbi. in illa eiȝ decliatõe accidit ſtatio .i. remanẽtia mẽꝫ & mora earũ ꝓpter reluctatõeȝ unius cũ alia. ſ. reſpcũ v̊tu tis. v̊t^{9} eiȝ ñ põt ſic expellere duas mãs ſic^{t} una uñ mõ uacat cũ una mõ cũ alia aut ſiꝑ difficulter mouȝ illas & b^{o} to^{m} ẽ cã ꝓlixe decliatõis. Du^{2} qa declia^{o} uꝑis tert^{9} emitritee ñ fit ſimꝑ qa prius recedit coꝑica q̃ fꝑa^{ca}. Dicẽ dũ p^{o} ꝙ lȝ ñ fiãt ſiꝑ tñ in aliq^{o} tpe cõicãt. ſ. in aliq̃ pte tpis. z^{o} qa lȝ tota declia^{o} 3^{ane} fieret fꝑatica exñte in ſtatu uel aug^{to} magis difficulter expelliſ illa coꝑa ꝓpter uaca tõeȝ nẽ ad fꝑa q̃ ſi fuiſſet coꝑa pura. quõ aũt fiat ꝓti^{21s} declia^{o} pox^{t} diuerſa a de cliatõe totali iam dixim^{9} in qõne p̃dcã

ET paꝛ tepeſc^{t} cũ ſudore. Sed hic ſ^{mo} fit de tepore exacerbatõuȝ & fiat compa^{o} ad 3^{nam} purã eſt ſ^{mo} not^{9} qa min^{9} ſudaſ q̃ qñ eſt fꝑa^{ca} pura qa coꝑa adaptat fꝑa ad ſubtiliatõeȝ & ſudorẽ. ſi aũt ſ^{mo} ſit uꝑis ꝙ paꝛ tepeſcit cũ ſu dore qa min^{9} q̃ coꝑica & min^{9} q̃ fꝑatica pura tũc ſ^{mo} eſt difficilior ſed poteſt illud accidere qa plus ledit uirt^{9} ut ex pellat ꝓ ſudoreȝ a duab^{9} materiis q̃ ab una. & ſic põt v̊ificari intelligẽdo ꝓ te porẽ uꝑeȝ decliatõeȝ & hic abbreuiam^{9}

ET in hac. Hoc ẽ manifeſtũ ET qñ cadit. In hac 4ª pte capꝑi p̊mo ponit mõs ſignoꝛ. z^{o} pſeqr̃. ibi z^{a}. Et caſu s Hic p̊^{o} po^{t} ſig^{a} fũpta ex caũ & ꝺſue^{ne} z^{o} ex accñtib^{9}. ibi z^{a}. Ex accñtib^{9} uero Et caſ^{9}. i. eu ẽt^{9} uꝑ occurſ^{9} multiplicaſ .i. multiplicari conſueuerãt ſi fuerit ne ceſſitas. i. ñ ſo^{m} fuit b^{o} caſuaꝑ ſed etiã neceſſario ſicut neceſſariã mutatio ſ^{m} etatẽ & iõ cũ qs febriat in prin^{o} adoleſ cẽtie ſuſpicãdũ eſt ꝙ ſit fe^{1s} emitritea .i. ꝺpoſita ex coꝑa & fꝑate. coꝑa quidem ꝓpter prin^{m} adoleſcen^{e}. fꝑate v̊o ꝓpter puericiã q̃ p̃ceſſit. & ſi qs febrit ĩ ſenec tute p̊^{a} ſuſpicãdũ eſt febrẽ eſſe ꝺpõitaȝ ſiꝑi mõ Cõſiderã^{m} aũt ꝙ prauas & multas emitriteas ĩuenim^{9} in p̃latis. ſ. ep̃is & aliis ĩpinguatis cꝑicis q p̊^{9} in oĩ uigilia & ſollicitudĩe & laborib^{9} exte nuati mꝑtiplicãt coꝑaȝ ꝓpter adeptõeȝ bñficiorũ deĩde bitis ep̃atib^{9} & bñfi^{tis} p̃guib^{9} uiuũt ocioſi & fꝑa multiplicãt q̃re mꝑti ex eis diuina iuſti^{a} cũ emitri tea moriũtur. EX accñtib^{9}. Primo enumerat accñ^{a}. z^{o} pſeqr̃. ibi z^{a}. Pulſ^{9} Prĩo po^{t} ſig^{a} ex pulſu & uult ꝙ ĩ ea. ſ. emitritea pulſus fit mĩor x̃. i. pũior tar dior & rarior q̃ ille qui eſt in 3^{ana} qa in 3^{ana} pura mã exñte coꝑica fit maior ne ceſſitas euẽtationis g^{o} pulſ^{9} in 3^{ana} eſt maior uelocior & frequẽtior q̃ in emi tritea ĩ q̃ ñ eſt ita ĩcẽſ^{9} calor Et ↄtrarie

eaꝝ.ſ.magn^nis uelocitatis & frequētie ſunt mīores ūr. Cōſid^m hic diligēter qꝑ cōtrariū mag^nis ē ꝑuitas tarditas & raritas.ſi g^a ſunt mīores in emitritea q̄ in fl̄atica. g^o in emitritea eſt mīor paruitas mīor tarditas & mīor raritas q̄ in fl̄atica.& ſi ſit g^o pulſ^9 in emitritea eſt maior uelocior & freq̄ntior q̄ in fl̄a^ca. qa mā eſt calidior.Sicut g^o pulſus emitritee eſt mīor pulſu ʒ^ane ita eſt maior pulſu fl̄a^ce & ſic^t eſt tardior & rarior pulſu ʒ^ane ita eſt uelocior & freq̄ntior pulſu fl̄a^ce.& hic poſſet adduci ambiguitas quā ſupra dixim^9 ca^o d̄ fl̄atica ubi dicit^r qꝑ pulſ^9 fl̄a^ce eſt frequentior pulſu ʒ^ane cui^9 ↄtrariuʒ hic ītelligit^r & ibi declarauim^9 b^o. VRINA.Hic ponit ſignuʒ ex urina & digōne ei^9 qa tardat^r in eis digō reſpcū urine ʒ^ane & ītelligit etiā qꝑ n̄ ſit tīcta ſic^t ī tertiana. Conſid^m etiaʒ qꝑ pōt tardari digō eius reſpcū fl̄a^ce.ↄtīgere etiā pōt emitriteā eſſe lōgiorē fl̄a^ca. ET uomit^9.qa tal̄ eſt mā q̄ dñat^r.hīc accipe qꝑ uomit^9 cui fl̄a eſt ꝑmixtū eſt peior qñq̄ q̄ uomit^9 cole purioriſ qa nōitus ꝑmixt^9 ex cola & fl̄ate cadit in ſig^is emitritee. ſʒ nōit^9 cole purioris cad^t in ſignis ʒ^ane pure q̄ eſt feb^is ſalubrior q̄ emitritea & de his ſcripſim^9 z^o ꝓnoſticoꝝ. ET egeſtio Patʒ.De diſpōe.hic ſī marie loqtur de aliis de qb^9 dicit ſe eſſe locutū.mōs eiʒ calefactōis & frigoris & redit^9 orripilatōis emitriteaꝝ iā dix^t & de ſiti cum dix^t paucoꝝ accn̄^m ūr. ET n̄ expectat^r. Hec eſt 5^a ꝑs capl̄i ubi ꝑ^o po^t ſig^a emitritee ſi dñat^r fl̄a.& p̄mittit qꝑ n̄ expectat^r ſtatio.i.in iudi^o ūr. al̄r eiʒ ſumit^r hic ſtatio & ſupra cū dixit de ſtatione. quā ipa efficit ūr.poꝝ^1 lōgiores qa fl̄a magis ꝓlōgat & tardat reſolueʒ.crripilatio mīor qa red^t pl^9 ad if̄matōeʒ.coarratio ſiſtolis ꝓpter multos uapores a fl̄ate eleuatos ꝓꝑe in pulſu qa uapor putrid^9 multū īcedit ꝑ arterias cū ī ṽa emitritea fl̄a ſit in uenis q̄ arteriis aſſociant^r.ↄplex^o corpis ad fl̄a^cam declians pl^9.ↄſuetudo.ſ.bñdi febres fl̄aticas ul̄ ↄſuetudo ī cibis fl̄a^cis pl^9. & q̄ currūt .ſ.ars & ſex^9 ūr.& ſi dñat^r cola pʒ ex oppoſito dcōꝝ.& qñ eq̄r.frequētātur ſignificatōes .ſ. mixte .quia multa eſt ſignoꝝ mediorū appītio.ul̄ freq̄ntant^r ſignificatōes.ſ.redit^9 orripilois qñ ſil̄ iuadūt ꝑox^1 & b^o ꝓpter eq̄lē pugnam Et orripila^o ūr.qa uer^9 horror ut z^o de fe.& iō n̄ rigor nec ꝑueniēs ad rigorē .i.neq̄ declinās ad rigorē ſu.neq̄ ad circūinf̄matōeʒ ſʒ ad me^m. ET qñq̄.hec eſt 6^a ꝑs capl̄i in q̄ ꝑ^o po^t ſig^a qñ emitritea eſt pura ul̄ ṽa qa ↄti^a eſt fl̄a^ca& īterpo^ta eſt colica.& dix^t qꝑ in iſta eſt rigor ſu.tñ debilior.prio tñ ꝓbat qꝑ ſit rigor i iſta emitritea qa cola eſt extra uenas & n̄ bʒ ↄtrarietatē in pug^a faciēdo rigorē ex ꝑte fl̄atis q̄ fl̄a eſt intra uenas & n̄ eſt mixtū extra cū cola ſed eſt debilior qa ſʒ fl̄a ī^9 ſit tn̄ cola q̄ eſt extra ꝑ alterationē & ꝑ uapores fl̄atiſ obtūdit^r ut faciat purū rigorē ſil̄r cola ut multū exit a ↄcauo uenaꝝ & expellit^r extra ſupra m̄bra ſenſibilia & iō eſt obtuſuʒ a fl̄ate cui int^9 miſcet^r ul̄ aliq^o mō int^9 alterat^r & inficit^r & ꝓpter hoc tal̄ rigor adhuc dicit^r horror.i. n̄ pur^9 rigor. Ex qb^9 appet qꝑ ṽa horrida emitritea eſt illa q̄ fit ex duabus īterpo^tis colica & fl̄a^ca ſimul iuadētibus ꝑox^is. & fortaſſe ūr.ita ut faciat rigorē ī ſtatu ſic^t ſcis qa extimat^r ꝓpter caliditatem expāſaʒ qꝑ iā ſit ſtat^9 & n̄ eſt īmo iterū redit orripila^o & frig^9 aliqd̄.Et multiplicat^r ūr.Hoc eſt qꝑ & ſupra iā calefiūt m̄bra aliq̄ orripilatoe fixa ſʒ illud dictū lati^9 poſſit intelligi ut ſupra īnuimus. & fit pull^9 ūr. ꝓpter fl̄a qd̄ ī^9 putrefit qd̄ ē f̄rm reſpcū cole. SI aūt.Hic po^t ſig^a emitritee qñ ↄti^a eſt colica & fl̄a^ea īterpo^ta n̄ fit rigor qa cola eſt ī^9.neq̄ magna orripilatō.i.neq̄ uera orripila^o qa fit circūinf̄matio ſʒ debilis eo qꝑ fl̄a extra uenas.n̄ bʒ ↄtrarietatē a cola ſecū mixta ſʒ bʒ aliq̄ ↄtrarietateʒ a colera q̄ eſt int^9 in uenis ut ītelligit^r ex dcīs.Et fit pulſ^9 ūr.pʒ. ET ſi ↄponūtur.Hic ponit ſig^a qñ ambe ſūt ↄti^e n̄ eſt rigor oīno qa cola ī^9. & forſan qꝑ n̄ dixit nō inf̄matio oīno qa fleg^ti q̄uis n̄ ſit ī uēis n̄ ꝓhibet^r facere īf̄matōeʒ ut ſupra cap^o de latica & accidit ʒ^ane ↄti^e ut allevietur .ſ.ex illa exacerbatiōe añ ūr.ſʒ n̄ redeat ūr.qa citi^9 redit fl̄atica cū redeat oī die & colerica in die ʒ^m. Cōſid^m qꝑ obmittit ſig^a emitritee ↄpōite ex colera &

flegte ītērpotis qa iā ex dcis sūt itellcā & ꝓprie ibi. Et qñ eq̄tur. & supra cuā cū dixit de reditu orripilationis.

Cura emitritei.

NECESSARIVM ī emitritco. Post sciaz emitritee potᵗ curā & abbreuiat illaz qa ītelligiť ex caº de cura putridaꝝ in gn̄ali & ex caº đ cura ʒ^ane ñ pure. & ꝑº ꝑmittit cañ. & ꝺpat curaz ꝑ euōem ad curā ꝑ alteratōez. zº illum declar. ʒº potᵗ medicīas ꝺueniētes i hac cura & determīato tpe. idi zª. Et cum. ibi ʒª. Medicie v̊o. Primº cañ. est ualde ꝺsiderādº ut q̄ᵐ possumº minoremus māz in emitriteis. & iō ego frequenter utor solutīs in eis. Est eiz febris ualde repletiōalis plus q̄ sit inflati caloris. & iō oportz sollicitari de euōe q̄ de extīctione. ET cū. Hic declarat cañ. q̄tū ad id qđ p̄cepit de euōe cuz solutīs. zº cū uomitiuis. ʒº cuz ꝓuocatīs uriue & sudoris. ibi zª. Et uemitº. ibi ʒª. Et ꝓuocatio. Primū p̄ceptū ē qꝫ cū medicīa solutīa debz ꝺuenire digō mẽ qa mä dz bn̄e digōem nisi sit medicīa lenitiua ut cassia. nisi sit solutīa ñ iq̄etās sicᵗ luleb .i. q̄dā spēs lacticinii de q̄ diximº supra in caº de cura putridarū ī gn̄ali. Terra nabin i. māna. siracost. i. q̄dam alia spēs māne. Considᵐ qꝫ pauca lenitiua ñ req̄rūt digōez ut notū est. Solutīa etiā q̄ ñ inq̄etāt ñ req̄rūt digōem illā sicut māna cuiº ꝓprietas est soluere coleraz Est eiz tā leue solutiuū colere qꝫ si nō īuenit illā aptā ñ agitāt eā & iō remanz sibi opaº soᵐ ꝑ lenitionē. & hec sūt declarata ꝑallegato caº. & hinc accipe qꝫ lubleb plº appropať flati q̄ cole. ET pº appitionē. Considera diligēter qꝫ ñ dixit pº p̄cāz digōez sed pº appitionē digōnis qa flatiz cū appet digō uel cū digō fit appens licz ñ sit pcē digā euā cū fortibº sicᵗ dcm̄ est in caº de flatica. & postea ītēde ad residuū. dixᵗ ptrāsit qa bºᵒ euōnes cū fortibº ut cū turbit & agarico & similibº añ ꝺpletā digōez ñ fiūt ablꝫ aliqº nocuᵗᵒ sed qñ fit euō pº pcām digōez qà est euō rfaris non diceres đ ea qꝫ ptrāsit ɔ̄.ſz dicit Auic. qꝫ est ſᵐ rcitudinē & ꝺueniētiā. ET uomitº. pz ex a q̄ raphāi ɔ̄. ſuᵉ si dñans est flā. aut cuz sirupo acetoso supple si dñans ē colā lz & dñante flate hᵒ ꝺuēiat sed uomitiuū de raphano est fortiº

ET ꝓuocatio. Hic potᵗ ca ñ. in euōe ꝑ sudorē & ꝑ urinā. & ꝑº oñdit cuius q̄litatis esse debeāt. zº tps usus illoruz ꝓuocātiū. ibi zª. Et cū festīat. Cōsidᵐ qꝫ ꝓuocaº sumiť qñqꝫ pro ꝓuocatione urine ut supra in ꝑnº huiº capli. aliq ñ pro ꝓuocatōe urīe & sudoris ut hic & forsan zº cañ. 4º capº in ꝑnº. Medicine aūt ꝓuocatīe urīe & sudoris sūt calid subtilis substanᵉ & iō ñ debemº uti eis fortibº sz eq̄lioribº q̄bus possumus de q̄bus ꝓlixe scripsimº sup caº de cura putridaꝝ in gn̄ali. ubi etiā declam̄º q̄ñ & q̄bº fortibº & q̄bº debilibº possumº uti. Et cū credūt rudes expositores qꝫ hic īelligat ꝑ decoctōes solutīas medicīas. Isti aūt dupl̄r errāt. ꝑº qa iam de solutīs dixerat cañ. ꝺpletos. zº qa deficeret scia Auic. in cañ. de tpe usº ꝓuocātiū. Dicamº gº ꝑ decoctōes intelligᵗ decoctōnes ꝓuocatīas urie & sudoris ut radices fenicŭli petrosilii & similiū uel assari rubee tictoꝝ granoꝝ solis & similiū. & noīauit eas decoctōes qa iste medicie ꝓuocatīe ꝺueniēter dantur in forā decoctōis ut fluāt in uēas & m̄bª meⁿᵉ aūt solutie q̄ꝫ paꝫ euāt paꝫ ex malo ut plurimū dātur ꝺueniēti º i sub stātia & ñ in decoctōe ut supra dixi in caº de ʒ^ana ñ pura. Cū gº iste medicīe ꝓuocatiue hñtes fortitudinē aliquam dātur añ digōez timeť. i. apza pectoris uel sirsen. i. apza capitis. agitāt eiz mäs & faciūt eas fluere ad capūt uľ ad pectus uel ad alias ptes sz dixᵗ soᵐ đ istis ptibº supra nutritīa qa ista ꝓuocatīa agitādo inflant & acuūt mäs q̄ a scēdētes faciūt birsen uľ sirsen. MEDICINE uero. Hic ponit medicīas & ꝑº unā simplicē. s. absinthiū. zº aliā medicinā. s. aquā ordei cū pipe. ʒº potᵗ medicīas ꝺpositas magis. ibi zª. Et Gal. ibi ʒª. Compōita. Cōsidᵐ qꝫ Auic. 4º² tāgit. ꝑmo tps exhibitōis absinthii. s. succi uel decoctōis uel substantie eius trociscate uel pulueriz ate & tāgit duplex tps. s. uľ e in uia ꝓuenīēre ad flatū .i. īaugᵗᵒ & ptrᶜᵉ pº. 7. hic aūt ñ accipiť septimº ꝓ sola mēba tpis qà si mä pº. 7.

eſſet cruda abſinthiū nō cōpeter et ſed ꝺfidit Auic.ꝙ in emitritea pᵒ.7.appeat aliq̄ digō.& ideo ſubdit & appitionem digōnis q̄ſi dicat itelligo poſt.7.taꝑ ꝙ appeat digō. & hec eſt itentio Gaꝑ.in teᶜᵃ ad Glauconē & Aliab. & Serapionis in hoc capº ꝙ abſinthiū nō deſ niſi pᵒ appitionē digōis.2º tāgit utilitatez ꝙa rcificat māz ꝙa maturat. & bº quia minorādo de illa iuuat maturatiōz. Et ſuccurrēdū. q̄ ſūt nocuᵗᵃ opilatiōis & alia q̄ ſūt nota.3º eligᵗ abſinthiū ꝙa ſit romanū & bº ē ꝙa ñ ſit fetidū. Tu aūt q̄ro magis uis illud ſolutm̄ & appitm̄ elige qđ ſit magis amarū. 4º tāgit nocumēta q̄ ſequūtur cū ſumiſ uel potaſ añ digōez & dicit & tu feſtīas cū eo.ſ. añ digōez. Vbi dubitaſ ut rū digōne appente poſſit dari abſinthiū in emitritea & uideſ ꝙ ñ ꝙa ñ euāt ſꝑa. Ampliº aliq̄ appente digōne aliq̄ ps mē nō eſt digā.gº illā ptē indigām mouebit & nō euābit.ſimiꝑ illaz exiccabit & faciet pigrā.In ꝺtrariū ſunt oēs auctores. Dicamº ꝙ cū appet digō q̄uis nō ſit pfcā ꝺpertūt ſirupi in qbº poniſ abſinthiuz & nos qñ poſſumº utimur eo in bº tpe tñ boīes rennuūt mꝑcū abſinthiū. Cā autē ſue utilitatis eſt quia ſua uirtute euātiua euāt ptē magis digāz & aperit ꝺpiſones & actio ſua finiſ cū euāt ptē digām & ſiꝑ cuz illa mā p̄cipitaſ poſt q̄ egerit effcm̄ ſuū.ſi gº nulla ps mē eſſz digā tūc acº ſua ē ꝺmoº mē & iō facit angoſſiā triſtitiā & nauſeā ex motiōe mē & ꝙa ꝺueniēs ſtat reuertiſ.i.2º agᵗ effectº ſuos calefactōis & exiccatōnis & ſubtilitatis qbº ꝺtinet māz & facit pigrā eā. Et dixit reuertiſ ꝙa p̄nᵐ qđ ab eo intēdiſ eſt aliq̄ euō.Cū gº ñ agit illā ꝺmouet & apper effectº calefactōis & exiccatōis.ex qbº appet ſolo 2ᵘ artᵘ Ad p̄m dđᵐ ꝙ ñ negaſ euāre aliqđ ſꝑa ꝙa ñ euāt ſꝑa uiſcoſum ut itelligiſ ex capꝑis de abſinthio.2º cañ.2º caº vſº finē & nos uultra declam² 2º cañ.caº de abſinthio.& 3º cañ.fen.ib³ª.& diſputam² de abſinthio aliqº & a Gaꝑ. ſūiſ in teᶜᵃ.ad Glauconē i caº de 3ᵃⁿᶦˢ ñ puris Et qui añ eos.ꝙa forſan ypo.& alii & Raſis. ET dixit.Prīo ponit opīonē repbēſionis & motiuū.2º remouet. ibi 2ª. Et iſte.Iſte qui ꝺtra Gaꝑ.dixit fuit Alexāder ut poᵗ Raꝑ i8º ꝺtiñtis 3º caº trāſgreſſº ꝛc.i.alienatº eſt.Et ſtetit ꝛc. gloſat Gerardº.i. ſicᵗ cum aliis erat & neſcit qđ dicat ꝙa mirandu3 eſt de tali exiccatōe.Et neſciuit.ecce motiuū pip nocet febri iſſando & aq̄ ordei nocz mē ſꝑatice ſua fr̄itate pigrā illaz faciēdo gº aq̄ ordei cū pipe ñ debz dari i emitritea

ET iſte q̄ē.Hic remouet opīonem iſtiº uiri. Prīo oñdit ꝙ huiº uiri error eſt error gñ lis & remouet etiam eius motiuū uicupando euz. 2º in ſpēalire mouet quēdā eiº errorē arguēs contra eū ex dcis ſuis. 3º ad laudē Gaꝑ.miraſ đ quođ eiº dcō ꝺtradcōis.ibi 2ª.Et iſte q̄ibi 3ª. Ampliº.Prīo diᵗ ꝙ error iſtiº ñ eſt ꝓpriº in hac intētōe.ſ.in cura emitritee ſed eſt cōis in oībº ꝙa in qbº ſūt mē & itētōes ꝺtrarie.in illis eiz morbis miſcemº medicīas ꝺtrarias ꝺfidētes ꝙ nā diſcernat. Et aduerſariº pōt dicere iſta medicīa ꝺpoſita ex contrariis ñ eſt bona. Confidimº tñ ꝙ nā diſcernat ꝛc. & bº eſt qđ dicit imo cañ. datº & adiutorio nē qñ p̄paraſ nālis calor medicº ad reſiſtēdū bꝓᵖ ꝺtrariis.i. diuerſis uꝑ .i.bꝓᵖ materiis & morbis cōpoſitis ex ꝺtrariis.Cum meⁿⁱᵍ ꝺpoſitis ꝛc.& ideo optīe ſubdᵗ ꝙ ñ pōt aꝑ euāri emitritea Et ꝙa aliqs diceret nā non poterit iſtas meⁿᵃᵍ ex ꝺtrāriis cōpoſitas diſtīguere Rñdit Auic.ꝙ ſi vtº eſt ita defecta tūc cura quocūq; mō fiat ñ ualz.& bº ideo ꝙa curans ē vtº ut ſupra diximº.diſputare aūt de hac vtute & ſeparatiōe facta ñ ptīet ad hūc locū.& nos iaz ſcripſimº de bº in tracᵗᵘ nr̄o de corde.& in mꝑcis locis. Et erꝛauit uir.ꝙ iſte uir habuit alios errores quos Auic.hic ñ explicat

ET iſte.Hic arguit ità ꝺtra eū. Iſte uir ꝺcedit in febre emitritea apium & anetū in qbº nō eſt fortis calefactio & ſubtiliat māz. gº oportz ꝺcedere pip in ꝑua q̄ūtate ꝙa ex bº ifrigidaſ.i.remiſſe calefit uꝑ calefacit ꝙa remittiſ eiº calefactio & ñ minº ſubtiliat q̄ faciat apiū pluris q̄titatis.Et tūc Auic.declꝑat q̄re hic parum pipis miſceſ cū aq̄ ordei.fit enizz bº ꝓpter tres cauſas. Vna eſt ꝙa aq̄ ordei ſua labilitᵉ facit puēire vtutē eiº ad uēas.2ª cā ꝙa deſtruit.i.remittᵗ

171 Bruno (Petr.) Fol. 1 Num.

uirtutē ei⁹.i.ſuperfluaꝫ caliditateꝫ pipis. Tertio qꝫ facit currere mäꝫ ad ipm.ſ. pip.i.facit eas curſibiles būidas & digeſtas & ſō piper leui⁹ digerit & penetrat in illas ꝓpter penetrationeꝫ quam facit aqua ordei. Ex qb⁹ ſi conſideras Auic.ſoluit ad rōem hui⁹ ꝺtradictōnis negat eniꝫ Auic.ꝙ pip inflāmet febrē qa natura dirigit piper ad ſtatumaꝫ mäꝫ Et negat ꝙ aq̄ ordei pigraꝫ faciat mäꝫ qa natura illaꝫ dirigit ad ꝓtem cordis etiā ſi aq̄ ordei agit in mäꝫ ꝑparat illaꝫ opatōe pipis & facit illa duo iuuamta que dixit. AMPLIVS.Hic laudaꝫ Gal.in practica hui⁹ ſcīe maiori laude q̄ unq̄ ſibi data fuerit. Contradictor eniꝫ Gal.dixerat ꝙ Gal. ſtetit ſicᵗ ille q erat & obliuiſciꝫ ei⁹ qđ debet dicere quia neſcit quid dicat & Auic. dicit ꝙ ualde eſt mirabile ꝙ Gal.obliuiſcatur hoc.ſ.qđ debet dicere & ꝙ eſt uerum ubi iudicat de hoc.i.ubi dicit ſuo iudicio ſic eſſe q̄ſi dicāt illud qđ dicit Gal. de hoc eſt ueꝝ. ET compoſita.Hic ponit deſcriptionē ſex medicinaꝝ cōpoſitarū q̄ oēs ꝺueniūt facta digeſtōe ſalē manifeſta.Et in oibus eſt reſtificaᵒ & alīq̄ minoratio materie & mēbrorū confortatio.& nos nō ꝓlongauim⁹ in uerificādo bas receptas qa iaꝫ ſcitū eſt qđ oportet in cura putridarū in gnāli cū dixim⁹ de trociſcis. Et ex bis que ſcripſim⁹ ſupꝫ 5ᵒ cañ.i bāc bora.ſ.pueī endi ad ſtatumaꝫ que eſt bora augmenti Ttroᶜᵗ x̄.Ad emitriteū.ſ.ī bora augᵗᵗ uel in declinatione factis priꝰ euacuationibu⁹.trociſci.x̄.in ſtatica.i. ad emitriteuꝫ in q̄uo colera uincit. Gumi.ſ. araᶜᵗ.Crete.i.luti & utiꝫ loco eiuſluto armeno uꝰluto ſigillato.Prope digōeꝫ .ſ.perfcāꝫ.unđ lra exterior eſt melior que dicit p⁹ digōem. Cōſideraduꝫ ꝙ meo iudicio omnes trociſci dicti & pillule cōueniētiores ſunt facta digōe & factis aliquib⁹ euacuatōnibus q̄ in aliquo alio tpe licet in augm̄to poſſint competere poſtq̄ digeſtio apparuit in materia & cauſa hui⁹ eſt nota ex ſepe dictis ſupra x̄.

De recidiuatione.

RECIDIVATIO. Quia febrib⁹ accidit recidiua & eis ꝓprie attribuitur licet multos alios morbos recidiuari ſit poſſibile uſuale tamē ē bᵒ uocabulū ſup recidiuātes cōes in febrib⁹ Ideo dat iudiciū ī ea & cautelā in curatione. Iudiciū eſt ꝙ recidiua.ſ.proprie a cauſa ītrinſeca eſt deterior ſua radice & cā eſt quam ponit ſen.zª.qa malicia eſt uehemēs quia cā aliqua intrinſeca & ſtans & uirt⁹ eſt debilis ꝓpter morbū p̄cedentē. Queruut aūt quidam utrū recidiua & radix ſint una egritudo & ꝓlongant in boc & nos etiā cum eis precipitamus ꝓlongando ſuper zª particla amphoᶻᵘᵐ.illo ampho. Que relinquūtur. Hic aūt obmittim⁹ quia credim⁹ illam eſſe rudeꝫ.& iaꝫ in prinᵒ hui⁹ opis ꝓmiſim⁹ obmittere puerilia Cautela aūt quā ſuo cōſilio dāt eſt ut nō fiat inceptio ad euānduꝫ donec māifeſtus ſit motus egritudinis. Nam ſi nō ſit tibi manifeſtū an ſit a cā extrinſeca. uerbi gra malicia regimīs. uel ab intrinſeca nō poteris recte curare. Ampli⁹ recidiua poteſt eſſe in prinᵒ debil & praua occulta prauitate. Si ergo tu multiplices remedia & forſan des medicinā ſolutiuā deregitur eius malicia & morif infirmus abſq; tui culpa unđ infamiaꝫ conſequeris.a qua infamiā & ab aliis periculis nos liberet & eternaꝫ concedat gloriā omnipotens deus q̄i ſit benedict⁹ in ſecula ſeculoꝝ.Amen.

Scriptūm ſupēr prima ſen.4ᵗᵗ cañ. Auicēne celeberrimi ac famoſiſſimi doctoris totā ſcīaꝫ medicine illuſtrātis Gentilis de Fulginatis cōpletū ab eo·anᵒ i346ᵒ·de m̄ſe Ianuarii.& correctū p excellentiſſimū artiū & meⁿᵉ doctorē mgr̄m Hyeronimū Turrianuꝫ de Verona actu in celeberrīo gymnaſio patauino ordīarie legentē ac impreſſum per magiſtꝝ Nicholaū Petri de Harlem đ Hollā dia Almanū in predcāꝫ ciuitate patauina anno domini i476ᵒ die i9ⁿᵃ menſis Februarii Finit fœliciter.

Deo grattas.

Clarissimi medeci Gal.de fulgineo. de maioritate morbi.Q.incipit.

ST DIFFICILis dubitatio ī q° tempore morbus ut se.pūrda salubris sit maior & intensior siue fortior & maxīe utr in tpe statūs in quo materia ē magis digesta.Et mlti in hoc q̄esito scripserūt añ nos.sed nos ꝛplebimus sermonez in hoc.Et uidetur ꝑmo q̄ ī statu morbus sit maior ul fortior.qa secūduz gal.ī p° de crisi 8°capi° status est fortior oībus tpibus.& idez dixit in quīto affo.ꝑmo pticule.ubi ergo ꝑm acumen q̄ status ē cū labores & accidētia ultimāt & idē uoluit ypo.in illo affo.circa ꝑncipia.& fines. Deinde ꝓbat ratiōibus.ꝑmo sic febris ē maior qñ caliditas ē maior & hec ꝓpō patet.qa febris ēin genere caloris prerer naturā ut patet in ꝑmo de differētiis febriū sed in statu calidi tas ē maior ut oñdit tact9 & magnitudo pulsus & uelocitas ūt pōt accipi ex dictis gal.in ꝑmo de diff.febriū. Secūda ratio febris ē aliqñ maior & ī maiori esse quo possit.sed hoc ñ ē in ꝑncipio.qa tūc augmētū fuisset in tpe neutralitatis q̄ uidet falsū ergo hoc est in tpe status. Tertio sic in statu febris est āplior materia cuius signuz ē plongatio poxismi ut pz in ꝑmo de crisi.g° morbus ē maior. Quarto sic ī statu febriū salubriū materia magis mouet ꝛtra naturā.& natura ꝛtra materiaz ut ostendūt accidētia cretica.uñ tota ē itē ta illi rei ut dicit gal.sup illo affo. Iqui nādo in statu ē egritudo.ergo febris ē maior ꝛña ꝓbatur.qa icitatō maior nō fit nisi ī morbo maiorato in se & a sua causa. Quinto sic in statu opatiōes sūt magis lese.q̄ pz de uitalibus.quia pulsus magis uidet ꝑmutat9 ab eo q̄ ꝑ naturaz.& idez az de aīalib9.ut pz in ꝛmento illius affo.incboātib9 morbis & patet de naturalibus qa auctores in statu cibū auferūt ul mltū minuūt.
In oppositum est gal.in cōmēto p̄dicti affo.ubi ꝑz grecā translationē ubi dic[t] dispō demum q̄ hec sint bomata gignit quā egritudinez uoco non oīo in statu est fortior.sed ī bis demū qui saluaturi sunt mlto mollior.qm̄ in ꝑncipio egritudinis.Et idez dicit rabymoyses ī cōmento illius affo.circa ꝑncipia.ubi etiā dicit q̄ cā gñatiua accñtiū incipit declinare in statu. rabymoyses dicit q̄ egritudo in tpe stat9 est mollior qñ infirm9 debet euadere.Et auic.ī 4° cañ.fen.za in capl̄o de signis digōnis dicit q̄ non fit sublimatio febris cū aperitione digestionis sicut non fit cum digōe ap9atis dolor uehemens. Quid etiam gal. ponit in primo de crisi septio capitulo. Deinde arguit rōnib9.p° sic ī statu mā est minorata.& rsolutio & euaporatio diu p̄cesserūt sūp ea g° febris in statu est maior. Secūdo sic ī statu uirtus nālis est fortior q in ꝑncipio cuius signū est digō mē g° morb9 est minor.qa uirtus subleuat ꝑm q̄ morbus minuit cū ipa sit pungnatrix cōtra morbū.ut pon[t] gal.xi° tera. Et gal.& dicit q̄ vt9 nālis in statu q̄scit & uitalis.sed aīalis laborat. Tertio sic mot9 uiolent9 debilitat in ꝓcessu.ut pz in z° celi.g° in ꝓcessu morbus minorat.cū motus sit uiolent9 & cōtra nām q fit in morbo.
Quarto sic ī statu mā est digestior.g° putredo ē remissior.qa digō fac[t] cessare putredinez.Sed qñ putredo est remissior & febris est remissior.qa febris putrida cōsequtur putredinez. Quinto sic in ꝑncipio febris pōt mingi urina q̄ mingit turbida & remanet turbida.ut ponit gal.p° de crisi ut pz.i7°.capl̄o.& talis urina significat uehemētez feruorem in būoribus. In statu autem potest mīgi urina turbida q̄ clarificat ut po[t] ysaac in suo de urinis.& talis urina significat q̄ feruor recedit.g° febris potest esse minor in statu q̄m in ꝑncipio.
Sexto gal.in xi°.tera.dicebat q̄ febris putrida in illo seruo remittebat sic[t] ꝓcedebat digō. Quidam dixerunt q̄ febris putrida est maior ī statu digesta mā.q̄m sit in ꝑncipio.& est maior ī eēntia & accñtib9. Et hoc ꝓbāt tripliciter ꝑmo sic calor est maior ut oñdit tactus & accñtia sunt magis manifesta in statu nam in ipō uidemus magis accidere

ſincopes g° febris in ſtatu eſt maior in
eẽntia & in accñtibus. Secundo ſic
accidẽtia ꝓpria febriũ in ſtatu ſũt ma
iora q̃ patet qa ī ſtatu ſiſtoles ẽ maior
diaſtole reſpcũ aliorũ tẽpoꝝ & hoc eſt
ſignũ febriũ pũtridaꝝ ergo fe.ī ſtatu
ẽ maior. Tertio ſic in ſtatu materia
eſt ãplior & magis corrupta q̃ p3.quia
poxiſmi ſũt longiores.& exeũtia ſunt
magis fetida ergo febris ẽ in ſtatu ma
ior. Ad rationẽ que totaꝫ difficulta
teꝫ fcĩt dicũt q̃ digõ fcĩt ceſſare put re
dineꝫ.i.prepat ipſaꝫ ad expulſioneꝫ. Et
hãc eãdeꝫ ſolutionẽ põit ꝺciliator drña
.159.& 160.licꝫ etiam ibi alias ſolutõneſ
det.de qbus ẽ q̃ digõ fcĩt ceſſare putre
dineꝫ.i.ꝓhibet tranſitũ cauſe añceden
tis in ꝺiũcrã.i.ĩmediataꝫ putredĩs.Hec
opinio licꝫ teneat ꝺcluſioneꝫ quã credo
ueraꝫ tñ fugit difficultates. Et ideo ad
uerſarius diceret tenẽdo opĩoneꝫ plus
q̃ ꝺmentatoris. Ad ꝑmaꝫ q̃ calor ut
calor eſt maior ī ſtatu ñ aũt ut p̃ter na
turaꝫ.de ſincopi eiꝫ dicet q̃ eſt añs cõe
ſequens pugnaꝫ & agitatõeꝫ q̃ facit nä
añ criſiꝫ.& ñ eſt accñs ꝓpum fe. Ad
zam rationẽ diceret q̃ ſiſtoles rĩſpcũ dy
aſtolis ñ eſt maior in ſtatu .ĩmo in ꝑnci
pio & ratio ẽ qa calor in ꝑncipio febris
eſt coartatus & ſubmerſus.ī ſtatu uẽo
eſt magis expanſus Ad tertiã ratõ
neꝫ diceret negando añs diceret etiã q̃
ratio ſtat.naꝫ qñ dr q̃ digõ fcĩt ceſſare
putredineꝫ.i.prepat ad expulſiõeꝫ que
rendũ eſt ab eis quid ſit prepatio.non
eiꝫ ẽ nr aliqua diſpõis acq̃ſitio inducte
uł que ĩducẽr uirtute uĩcentẽ nũc que
diſpõ & uictõia ꝑus ñ erãt.ſi g° vt p plꝰ
nũc uincit materiã g° morbus ẽ minor
Secunda & ſolutõ cõſiliatoris nõ ualet
qa ꝓhibitio cẽ añtis in minerã putredi
nis uel eſt p ſolam diſpoſitioneꝫ cẽ añ-
cedẽtis.& hoc eſt ſolũ digõ & eſt etiaꝫ
cõtra ꝺſiliatoreꝫ.nã tũc ſolũ cẽ añti de-
bẽr digõ & h° ẽ ꝺtra cõciliatorẽ uł eſt p
tranſmutatõnẽ mẽ putredĩs.& tũnc q̃
ratur q̃ tranſmutatõ eſt illa. Tadeus
uero in gloſa affo. illi circa ꝑncipia &
fines p̃mittens q̃ qõ ab omĩb ſit ĩtac-
ta dicit q̃ morbus reſerũãs mäꝫ ad uni
cam crem cã expulſionẽ põt cõſiderari
rõe durabilitatis & h° mõ in ſtatu eſt ꝺ

biſior.i. minꝰ ꝺraturus .q̃ in ꝑncipio
uel põt ꝺſiderari zo rõne ĩtentionis qua
litatis morbi.& bo in ſtatu morbus ẽ
fortior q̃ unq̃ fuerit Secũdo ſoluit
tadeꝰ q̃ morbus ī ſtatu ī ſe eſt maior q̃
in aliquo tpe tñ ꝺſiderãdo ipm q̃tuꝫ ad
ſuaꝫ cãꝫ eſt minor ī ſtatu quẽ ī alio tpe
p̃cedẽti qa nõ hꝫ firmitateꝫ a ſua cã.qa
cã in ſtatu eſt minor ī q̃titate & magis
digeſta .Solutionẽ aũt qõnis difficilis
ĩuit ĩ gloſis illiꝰ affo.nõ ꝑm rõneꝫ alle-
uiatis ãr.& uult q̃ digõ facit ceſſar pu
tredinẽ.ſ.p̃pãdo expulſioneꝫ hec opĩo
& fugit difficultates. Mũdinꝰ autẽ
boñ.& tadeus de parma q̃ſi idem dicãt
& p̃mittũt duo.ꝑm quõ tpa ī febribus
diſtinguãr.& dicũt q̃ tpa attribuunr
febribꝰ ꝑm q̃ ſunt in fieri & motu.fie
ri ãt eſt a cã mouẽte ſiue faciẽte g° tpa
tribuãtur febribꝰ bũoralibus q̃ a cã de
pendent p̃nt & attribui effimere.quia
calor qui eſt febris effimera dependet
a ſpiritu inflãmato ut a ſua cã.& h° ut
dicũt uoluit gal.ī ꝑmo de differe.feb.
qñ dixit ſtatũ effimerarũ eſſe minoreꝫ
ſtatu aliaꝝ febriũ.reducẽdo g° ꝑmonẽ
ad putridas febres. dicũt q̃ in febribꝰ
putridiſ ẽ duplex fieri ſiũ alterari.unũ
q̃ fit a nä in mäꝫ.aliud q̃ fit a mä ī näꝫ
.i.ī mẽbra.q̃tũ ad ꝑm fieri ſumir diſtic
tio tpm morbi penes digõnem materie
q̃ eſt cã añs & dicir ꝑncipiũ qñ mä eſt ī
digeſta ſiue occulte digã.& augmentũ
qñ eſt maifeſta digeſta.& ſtatus q̃ñ eſt
ꝑfecte digã.& qñ mä ſic tranſmutatur
morbꝰ eſt ſalubris.ideo diſtinctio tpo-
rum morbi penes actionem nẽ in mãm
eſt in ſalubribus & ñ in mortalibꝰ nili
uegatie.dicir eiꝫ ꝑncipiũ morbi morta
lis qñ digõ eſt denegata occulte ſꝫ aug
mentũ qñ ẽ denegata mãifeſte.& ſtatꝰ
qñ ẽ tota denegata.Secũdũ aũt fieri in
febribus bũoralibus.& in febre putri
da ẽ a cauſa ꝺiuncta febris que cauſa cõ
iũcta ẽ putridus uapor & ꝺſiderato h°
fieri diſtinguntr tpa febriũ penes diffi
cultem accñm qa ꝑm q̃ cã ꝺiũcta magis ꝑ
miꝰ agt accña magis uł miꝰ ſũt difficilia
Et qa in ꝑncipio febriũ cã cõiũcta eſt
modica & in augmẽto eſt ãplior & ī ſta
tu ẽ maxima.ideo tũc accña ſunt ultĩa
uel maxĩa .& iõ dcm eſt a gal.ī cõmẽto

ꝑticule ꝙ ſtatus eſt qñ accña ultimā
tur. His ꝓmiſſis format mūdin⁹ tale3
ratōe3 .ubicūq; ē duplex alteratio.ibi ē
duplex diſſictio tpoꝝ ſed ī morbo mā-
li.uerbi gr̄a.ī febre putrida eſt duplex
alteratio.una.ſ.fcā a mēbris in hūidita
tes q̄ ſunt cā añs & illa eſt digō que ē
preparatio ad expulſionē .Alia ē altēatio
que ē a cauſa ꝺiūcta in mēbris ſc3 a ua
pore puta do cauſāte febre3.& hec alte
ratio eſt mala q̄litas in mēbris & iſte al
terationes ſūt diuerſe una que ē ordīa
ta ad expellēdū nocitiuū prepando ip
ſu3 ad expulſione3.alia eſt ad ītēremtio
ne3 & corruptione3 corꝑis.g° duplex
eſt diſſictio tēporū morbi.& illa uider̄
fuiſſe mens gal̄.in ꝺmēto illi⁹ affo.poꝝ
iſmos & ꝺſiſſentias & in 3° r̄gimīs acu
toꝝ & in ꝑ° de criſi.& ſi q̄raf̄ ab eis qa
diſſictio tꝑm morbi quo ad accūtia nō
ſūitur a cauſa añte. Rñdent ꝙ cā ē qa
cauſa añs ñ agit niſi mediāte cā ꝺiūcta
Et addit tadeus hic ꝙ cauſa bui⁹ eſt qa
agentis ē obtinere.ſed cā añs nō ſemꝑ
obtinet.īmo ut plurimu3 obtinet ut in
ſalubribus.& in pautioꝛib⁹ obtinet ut
in mortalib⁹.Addūt etiā dictis ꝙ mor
bi māles ſi ſeruāt mām ad unica3 expul
ſion ē habent iſta tꝑa ſil̄ coīcidentia.qa
eo tꝑe quo mā ē cruda ul̄ obtuſe digā
accūtia ſūt remiſſa cū aūt ꝑfecte digā
eſt:accña ſūt ītenſa in ultīo.Si aūt non
ſeruant mām ad unica3 expulſiōe3 tūc
nō ꝺcurrūt iſta īmo cū ē mā digā ſūt ac
cidentia remiſſa qa tūc matēia eſt mīo
rata ut p3 in pleureſi. Zm ꝙ ꝓmittit
eſt quid ſit magnitudo in morbo.li3 in
ꝑprie dica² ut in ꝺto illius affo.qui creſ
cūt. Eſt aūt triplex magnitudo ut pat3
in 7° tera.una ſm dignitate3 actōis leſe
ut morbus cordiſ eſt maior pedis.& ſo
lutio ꝺtinui in neruo eſt maior q̄ ī cute
z² magnitudo eſt ex ꝑte eſſentie & hc
eſt duplex aut ī ſe ſicut uuln⁹ magnū
eſt maior morbus q̄ uulnus ꝑuum ul̄
in ꝺpatōe ad cauſa3 ut uuln⁹ ul̄ febris
que habet plures hūores ī cauſa ul̄ ma
ligniores eſt maior morb⁹.3° dicif̄ mor
bus magnus ex ꝑte nocumenti v̄tutis
diſpenſātis totu3 ut morb⁹ad q̄3 ꝺſeqf̄
ſincopis eſt a°2 eo ad que3 nō ꝺſequitur
His habitis ponūt qnq; ꝺcluſiones.ꝑ²

ꝙ ī ſtatu mā exñte digā febris eſt ma-
ior quo ad ſuā eēntiā.Ratio ꝑ² eſt quia
febris ī ſtatu eſt in ſuo potiſſimo eē qa
añ ſtatū febris ē diminuta nō ei adhuc
ſtetit g° ñ retrocedit.z° ſil̄e eſt de mor
bo & aliis q̄litatib⁹ q̄ acqruntf̄ ꝑ altera
tione3 ſed illa ꝓcedente alteratōe & in
ſtatu ſunt intenſiores q̄ in ꝓncⁱ° g° ita
ſe habebit morb⁹ cum ꝑ alterationem
acqritur.& iſta ut dicūt eſt ītētio gal̄.
in ꝑmo de iterorib⁹.qui uult ꝙ morb⁹
eſt ei⁹de3 eēntie a ꝓncipio uſq; ad fine3
ſicut cauatio lapidis a gutta eadem eſt
fcā a ꝓmis guttis & a mille milib⁹ gut
tis ſed fcā a mille milib⁹ eſt maior. 3°
ſic ſil̄e eſt d̄ fe.effimera.& putrida q̄tū
ad calore3 q eſt ī mēbris qa uterq; pen
de t a cā.ſ3 calor effimer̄ ī ſtatu eſt ma-
ior q̄ ī ꝓncⁱ°.ut ponᵗ gal̄. ī ꝑ° de diffe.
febriū.g°ita erit de putrida. z² cōclu°
eſt ꝙ fe. putrida eſt a°2 in ſtatu quan
tū ad cā3 cōiūcta3. Rō eſt qa in ſtatu
cā ꝺiūcta eſt āplior & neq;or. g° febris
eſt a°2 q̄tū ad cā3 ꝺiuncta3.añs ꝓbatur
qa cā ꝺiūcta eſt uapor putrid⁹ eleuatus
a mā putrida .ſed ī ſtatu talis uapor eſt
āplior & neq;or.ꝙ p3 quia ꝓximi ſūt
maiores & neq;ores ūt p3 ī ꝑ° de criſi ꝑ
gal̄. 3² ꝺcluſio ē ꝙ febris putrida ē a°2
ī ꝓn° q̄tum ad cā3 añtem Rō ē qa ī ꝓn°
cā añs eſt maior & neq;or .qa ī ꝓncipio
nihil ē de ipa reſolutū.ſ3 in ſtatu mḷtū
ē de ea reſolutū.& iō ī ꝓncipio ē āplior
& hūor putrid⁹ q eſt cā añs in ꝓncipio
eſt aridus īobediens nē.ī ſtatu autem ē
digeſtus & ideo ī ꝓncipio eſt nequior
q̄ in ſtatu & hoc uoluit gal̄.in ꝺmento
illius affo .īchoātib⁹ morbis q̄ñ dixit
ꝙ morbus ſalubris in ſtatu eſt minor
& ītelligit quo ad cā3 añte3. & ꝙ uirt⁹
nālis eſt ſalua qa uincit mām. Tadeus
aūt ꝓmenſis paꝝ deuiat a mundino ī
hac cōcluſione.dicēs ꝙ in ꝓncipio feb.
mā ē amplior & ī ſtatu minor ꝑꝑf̄ cām
dcā3.non tñ ī ꝓncipio mā ē nequior .ut
dixit mūdin⁹ īmo ī ſtatu ē neq;or in q̄li
tate qa ē magis preter nā3 ut p3 ī ſtatu
ap⁹atis.mā ei3 tunc ē magis mala.ſ.fcā
ſanie & non pōt nutrire tñ mā in ꝓncⁱ°
ap⁹atis poſſit cōuerti ad benignū.unḋ
curatur cū repercuſſiuis ut p3 in tegni
& i3° tera. Haberet aūt tade⁹ ſoluer̄

ad rationez mūdini que dicit qꝫ ī ſtatu materia ē melior quia magis uicta. dicere eiz mūdinꝰ qꝫ materia flegmonis eſt melior in ꝑncipio. qa ñ eſt putrida etiā in ſtatu ē putrida. ideo ſi flegmon icipiet a mā putrida diceret qꝫ ſi illa mā ī ꝑncipio eſſet melior q̄ in ſtatu. nos tñ credimus qꝫ dixit tadeus i illo. ſed nō tangit difficultates. 4ª ꝯcluſio eſt qꝫ febris q̄tuz ad accña ſiue q̄tū ad dignitatez actōis uñ ſequūtur accña ē maior ī ſtatu. qa uirtꝰ ē magis leſa. Ratio ē qa accña ſūt fortiora & maiora ut pz ī 5to illiꝰ affo. ubi ergo ſecūduz acumen. 2º quia uirtus in ſtatu ē debilior q̄ in ꝑncipio ut patz xº. tera. 2º caº. ubi dicit qꝫ ꝑma die uꝫ ſecūda uirtus ñ eſt ībecillis ut etiaz ponit auer. in 7º colliget. caº de cura febriū acutaz. hoc aūt ꝓbat ratōne. quia in ſtatu ē maior diſcraſia ut declaratū ē ergo uirtus debilior ut ꝓbaſ etiaz īductie quia uirtꝰ aīalis eſt debilior cū pulſus in ſtatu ſit debilior ut dic appere ad ſenſuz. ſiꝫiter quia qñ fit fortior diſcraſia pulſus fit debilior uirtꝰ etiā naturalis tūc eſt debilior cū peius attrahat digerat & expellat ſcz q̄tū ad ea que in iuuatīo debent digeri naz lz ī ꝑncipio peius digerat ī ſtatu melius hº eſt in nocitīo que digō appellatur ſecūduz quid. Quintaz ꝯcluſionez ponit tadeus quā mūdinꝰ ītelligt ſub q̄rta & eſt qꝫ febris ī ſtatu ē maior q̄tuz ad nocumentū uirtutis diſpenſātis totuz Ratio ē quia labores & accña ultimāſ in ſtatu Poſt hoc ſoluiſ ad ꝯtraria & ꝑmo ad galꝰ. qui dicit qꝫ cauſa faciens accidentia ē minor ī ſtatu morbi ſalubris Rñdet mūdinus qꝫ ē minor q̄tuz ad cauſā añtez. Sed tadeus ſoluit qꝫ ꝑ cauſaz ītelligit uirtūtez que in ſtatu ē minor. i. debilior bꝫ pz qꝫ bꝫ uiꝫ mūdinꝰ exposuit textū ī medicīa quē nō uiderat Ad rationē q̄ eſt difficilior rñdet qꝫ fūdatur ſup hac ꝓpōne digō facit ceſſaſ putredinē. dicꝫ mūdinꝰ qꝫ digō facꝫ ceſſare pūtredinē ī mā cui debeſ digō. & ē cā añs. & ideo fe. eſt bº2 ī ſtatu ꝯpando febrez ad cāz añtez. Tadeus aūt rñdet qꝫ digō ꝓhibet putredinē talez q̄lis eſt putredo cadauez. & illam facit ceſſare ſed non facꝫ ceſſare putredinē q̄ ſit uincente nāīmo illa putredo eſt digō q̄dā ſi gº bñ cōſideras tota opīo mūdini ſuſtentabaſ in duabꝰ ꝓpōnibꝰ. una ē qꝫ in ſtatu morbi ſalubris cā ꝯiuncta febris ē āplior & neqor & q̄tuz ad hoc maior 2ª ꝓpō eſt qꝫ in ſtatu febris ſalubris cā añs eſt melior & morbꝰ ē bº2 q̄ ī ꝑncipio & iō febris ꝯpata ad ſuā cām añtē in ſtatu eſt minor q̄ ī ꝑn. Opinio aūt tadei in eo quo diuerſificaſ a mūdino ſuſtentatur ſuper duabꝰ ꝓpōnibꝰ qbꝰ fugere pōt difficultates. ꝑª eſt qꝫ cā ꝯiuncta & añs febris ſalubris eſt prauior in ſtatu q̄ ī ꝑncipio & ſic febris eſt maior. 2ª ꝓpō eſt qꝫ digō facit putredinē ceſſare ultimā q̄ eſt putredo febris mortalis. Ad diſcutiēdū p̄dcās opīones premitto ſex ꝓpōnes q̄ ſunt ab eis cōceſſe tñ ſm opīonez meā īdigerēt ueriſicatōne. ꝑª eſt qꝫ in febre putrida pñt ꝯſpicitres mē ſiue moi mēz una ē hūor non putridus ſed habens ī ſe diſpōnē q̄ poterit pūtrefieri ut eſt hūor ante febrez uel añ poxiſmū ſiue exacerbatōnez ex cuiꝰ hūoris eēn ponit ſolūmō neutruz decidētie q̄tū ē ī ratione ſue caliditatis & talis hūor non ſemꝑ eſt cū eſt actu febris ut ꝓbabiſ. 2ª mā eſt hūor actu putridus q̄ actu feruet & ebulit. 3ª mā eſt uapor ſurgēs ab buīditate putrida 2ª ꝓpō eſt qꝫ digō debeſ hūori putrido hoc ꝑmo pz ꝑ auic. 4º cañ. ſen. ꝑª. ī caº de cūra putridaz in gñali. & & per galꝰ. in ꝑº de diff. febriū ubi diciſ qꝫ mā ī q̄ ī febre digeriſ eſt ſicut pus ī apȝatibus. ſed illud in apȝatibꝰ eſt cā cōiūcta. & ꝓ baſ qa digō debeſ hūori īdigenti equatione cū digō ī nocitiuo faciat quādaz equatōnē. hūor aūt putridꝰ īdiget eq̄ri cuz ſit ineq̄lis & ineptꝰ euōni. 3ª ꝓ pō eſt qꝫ digō & pōt deberi hūori quinūduz eſt putridꝰ qꝫ ꝓbaſ qa auctores medicine in febribꝰ ītерpollatis in diequetis dant digeſtiua ut pz ꝑ auic. in caº de cura tertiane. cōſiderat eiz urinas ſi oñdant digōez. Item neutro decidentie dē² eq̄tio ut pōit galꝰ ī tegni trac. 3º. ſed in nullo hūor eſt ꝑꝑatus ad putredinez & nūduz eſt putridus ſaltem putredie q̄ cauſet febrem. Item humori eq̄li cōpetit digō hūor autem ꝑparatꝰ ad putredinez eſt eq̄lis. eq̄ſ ei ꝑ digōez

eius ut qa grossus uł uiscosus uel subtilis uel alia malicia qua uirtute nō gubernaſ de quibus est supflua q̃ntitas quā equamus minorando. Ideo euacuatio minoratiua dicit a qbusdā digestiua quia disponit ad digestionem licet improprie dicaſ. Quarta ꝓpositō ē ꝙ humori nō putrido non ſp debetur digestio sed tunc solum quādo habet peccatū uel inequalitatē rem uilē perdigōnez. si enim sola q̃ntitate peccaret debetur sibi minoratio quā ut diximꝰ quidā uocāt digestionem & illa ꝓpositio quarta sub 3ª ꝺtinetur. Quinta ꝓpositō est ꝙ humori putrido semper competit aliq̃ digestio ex sui rōne siue ſm se. Ratio est quia eo ipō ꝙ humor habet putredinez habet aliquā inequalitatem. Dico aūt ſm se quia aliqñ illa inequalitas est a causa parua & nō curamus equare illam sed euacuamus nō digerētes sicut in uera synocha putredinali. non enim sanguis in ipa est tāte inequalitatis ut ꝓhibeaſ ab euōne per flobotomiā. & ideo flobotomamꝰ non expectantes digestionē sicᵗ expectamꝰ in aliis humoribus q̃ damus farmaca solutiua. licz nō sic copiose ſſomemꝰ sicᵗ si sanguis nō eēt putridꝰ. Sanguis enim putridus non ē omnino sic aptus educi ut sanguis ñ putridus. licet sint alique cause p̄ter hanc magis efficaces Sed ꝓpter qd sanguīe exñte putrido apto ad euōnem natura nō euacuat statiz īmo expectat eius digestionē diceſ inferius. Non solum aūt ꝓpter unam inequalitatē euacuamꝰ aliquē hūorez non digerētes uł expectātes ulterius sed quādoq ꝓpter locuz ut bene dixit conciliator. sicuti cum aliqua mala mānataret in stomacho uel staret in īteſtinis mala in substātia tamē a superficie eoruz satis seperata. Sexta ꝓpō est ꝙ uaperi putrido ꝓ̄e deber extractō siue extra corpus per trāspirationem eductio ut ponit Gal.xiº.teᶜᵉ. Si aūt uapor habet aliquā maliciā substantie uel qualitatis illa maxīe pendet ab humore putrido. Et rectificatio uaporis maxime fit per rectificatiōez humoris hoc patet per Auic. quarto cañ.caº de aus putredinis. ubi ponit diuersitatē in uaporibus humorum. Vide uapor melācolie puluerulētus est & hoc est rōnabile qa illud qđ ab aliq̃ re dissolutur tenet materiaz eius a quo dissoluiſ ut patet in ꝺmēto illius affoᵗ. q crescūt Magna enim pars rectificatōis uaporū putridarum est per rectificatiuū hūoris putridi a qº est ꝺtinuus in eleuatōe Vapori aūt ſm se debeſ extractio. nō ꝓhibent aūt aliqñ maliciam uaporum corrigi ut quando surrexerint a materia & in se sint nimis grossi aut nimis subtiles & acuti. tunc enim ad eos attēdimus & grossis dilatādo ꝓoros & subtiliando ut possumus. subtilibus autē acutis mordacibus remittēdo acuitatē frigidis & humidis & defendendo cor

Post aūt quidaz uolētes defendere dicta Mundini dixerūt ꝙ Mundinus per cām añcedentē intelligit humorez non putridū & per ꝺiunctā humorez puiridū & non uaporem putridū. Ex hoc uolūt effugere illa que contra eū diximꝰ. Isti aūt uolentes eū defendere ipm uituperant cum nec sua dcā uiderint. Arguamꝰ ergo primo contra distinctiōez tpm morbi quam faciunt. Secundo contra secūdaz cōclusionem. Tertio cōtra tertiā. Quarto ꝺtra rōnes conclusionuz prime quarte & quinte. cōueniam cum ipis in illis ꝺclusiōibus Et quinto instabo ꝺtra solutiōez rōnū

Primo ergo cōtra distinctionē tpm morbi. Nam ipi distingunt tpa morbi penes cām añcedentez que ſm defensorem eoꝝ est humor non putridꝰ. Sed contra penes id non distinguntur tpa morbi qđ pōt stare cum uon morbo & sine quo morbus esse potest. hec ꝓpō uideſ satis euidens sed sine cā añcedēti que est humor nō putridus ꝑparatus putrefieri pōt esse morbꝰ & talis hūor potest stare cuz non morbo. Hoc declaratur primo sine causa añte potest esse morbus ut patet in 3ªᵘᵃ que terminaſ in uno peroxismo & in febre exacerbatiua quando est in statu in quo debet fieri pfecta crisis & nulla alia debz seq exacerbatio. Similiter in synocha uera nullā habentē exacerbationē. Secūdo potest esse causa añcedens sine morbo ut patet in neutro decidentie qđ non

febricitat.nō g° ṫpa diſtinguñ penes cauſam antecedentē. Nec intelligo ut quidam rudes intellexerunt q̄ cauſa coniūcta non fuerit antecedens ſed intelligo q̄ aliq° hūore ſtāte ſub forma cauſe cōiūcte qđ eſt eſſe in putrefieri cauſatuꝝ febriū in actu poſſibile eſt q̄ non ſit aliquis humor qui illi poſſ[t] ſuccedere in reaccendendo febrem poſtq̄ ille eſt finitus & hoc eſt per ſe notum.

Sed tu dices q̄ uerita eſt qđ iſti intelligūt q̄ cauſa antecedens febriſ putride eſt humor putrid⁹ ſed cā ꝯiūcta eſt uapor putriduſ & tunc rō predicta nō concludit contra eos Dicēdū q̄ h° eſt uerum ſed tñ argumentū eſt cōtra defenſorē. Et ideo arguitur cōtra eos & probo q̄ humor putridus nō eſt cā añcedēs qa ſi circūſcripto uapoꝝ hūor putrid⁹ poteſt facere febrez g° humor putridus in ſui ratōie poteſt eſſe cauſa coniuncta. ꝯſeq̄ntia patz ſed añs ꝓbaꝝ qa omnis humor actu putridus ē actu calidus quia que putrefiunt calefiūt. ut patet in 4°.cañ.ca°.de ſ̄mone borri pilatōnis.ſed actu calidū poteſt calefacere ergo humor puttidus poſitus in corde aut circa eor oñi circumſcripto exitu uaporis ab eo ad extra poterit cor calefacere & hoc uoluit Auic.cuz dixit ca° de lupparia ſic[t] accidit ei ſup quē ponunꝝ pruine.i. carbones igniti quia calefit per ꝯtactū ſine exitu uaporis Hic tñ textus aliter exponiꝝ nūc a me quia Auicē.intelligit per pruinam niuem uel glaciē licet utraq; expoſitō poſſit ſaluari. Cōtra id quod addit Tadeus dicit enim q̄ cauſa quare ṫpa febriū diſtinguñ penes actionē cauſe cōiūcte.i.uaporis putridi & nō penes actionez cauſe añcedentis eſt qa cauſa antecedēs.i.humor putridus non agit nam agēs uincit ſed humor putridus uincit ut plurimū.ut patet in febrib⁹ ſalūbribus. Sed contra quia nō eſt incōueniēs in aere peſtilentiali febres plures mortales eē q̄ ſalūbres g° in ill⁹ cauſa añcedens eſt uincens & ſic agēs & penes actionē eius debēt diſtingui ṫpa. Item uapor putridus uincit in febre ſalubri & ſic ē agens g° hūmor putriduſ a q° hic uapor ſurgit uincit mediante illo uapore nam diſpō uaporis putridi ē ab hūore putrido & ſ̄m ipm diuerſificaꝝ ut apparuit. Itez materia putrida exñte uicta per digeſtionē uaporis uincit. Aut g° uincit diſpōne quam habet a mā & hoc eſt falſuz quia a materia nō poteſt habeꝝ niſi eē uictū aut diſpōne quam habet a ſe.i ſta ergo diſpō quaz habet a ſe nō eſt niſi ꝓpria malitia & corruptio q̄ agit & qua nō ordinatur ad mām. g° materia exñte digeſta uapor propria corruptione & malitia poterit occidere qđ eſt falſum ſ̄m eos & ſ̄m Gal.3° de criſi Sed tu dices dicam q̄ uapor putrid⁹ uincet in hoc quod eſt facere febrē & augere ipam. Sed contra eodē modo dicam q̄ materia putrida uincit in augendo & faciendo febrez. Sed tu dices nō quia putrida materia eſt uicta ex eo q̄ eſt digeſta. Solutio quia per eundem modū uapor eſt uictus qa inſequitur diſpōnem materie & ſic ſtam⁹ ut pri⁹ ſcz quo modo per digeſtiōem uincitur putredo. Secundo arguitur cōtra cōcluſiōez Mūdini & ꝓbo q̄ z^a ꝯclu⁹ contradicit 3^e z^a enim concluſio fūdaꝝ ſuper hoc q̄ cauſa coniuncta febris.i. humor putrid⁹ in ſtatu ſalubri eſt amplior & neq̄or:& 3ª concluſio fūdatur ſuper hoc q̄ cauſa añcedens.i. humor putrid⁹ in ſtatu ē minor. i.min⁹ nequā Tunc arguo malitia cauſe coniūcte.i. uaporis putridi eſt ex malitia cāe antecedentis.i.humoris putridi & ſ̄m euz diuerſificaꝝ ſed in ſalubri ſtatu febris cauſa anteredens.i. mā pūtrida nō eſt maligna.igiꝝ uapor pūtriduſ non erit malignuſ.qđ contradicit z^e concluſiōi

Tertio arguo contra z^am ꝯcluſiōez Et prio contra illud in quo ambo conueniunt & eſt q̄ cauſa añcedens febris i.putrida mā in p̄ncipio eſt amplior & in ſtatu ē mīoris quātitatis tūc arguo ſic materia eſt amplior ſiue pluriſ quātitatis qñ eſt facta plurima ꝯgregatio per plures motus uel per plures accumulationes q̄ qñ ſolo motu uł paucis motib⁹ eſt aggregata ſed in ſtatu alicuius febris ſalubris ut continue exacerbatiue pluribus & plurib⁹ motib⁹ ſiue nicib⁹ accumulatis mā ē adunata

ergo est amplior. Sed tu dices hº nō est uerū quia mā resoluitur. Solutio hic loquitur de morbo qui seruet mā ad unicam creticā expulsionē. tūc arguo sic in febre cōtinua exacerbatiua reseruaf materia siue multū de mā qa da qꝫ non esset interpollata materia nō accumularef ad unam crisim uel esset sicᵗ pleuresis q̄ terminaf per resolōnē i.q̄ nō colligif in cubū sed in principio febris cōtinue fuit una exacerbatio uꝫ dūe gratia exēpli usq; ad statū fuerūt 4ºʳ uel qnq; gº materia est amplior in statu q̄ in ꝓncipio. Ex quo cessat instantia nam licet usq; ad statū aliqd de materia semper resoluaf semper tñ plus mouef q̄ resoluaf & ideo calor febrilis augendo ꝓcedit qđ patet ex augmento exacerbationū uersus statū morbi. Sed tu dices licet uapor qui est causa cōiūcta sit amplior & exacerbatō sit longior in ꝓcessu tñ mā a qua surgit ille uapor fit minor ex hoc. Ire in febre in qua a ꝓncipio tota materia simul mouetur ut in synocha saltē mā semper minuef per resolutiōē & nihil sibi adiungetur per accumulationem exacerbatiuā. Ad primā dicendū qꝫ licet euaporatio diminuat de materia tñ materia que aduenit in alia exacerbatione auget eam. Ad 2ᵃᵐ dicēdū qꝫ sufficit mihi qꝫ uerificef in cotinua exacerbatiua. Vel est dicendū qꝫ siue febris sit continua exacerbatiua siue synocha ita qꝫ tota mā simul a ꝓncipio sit mota adhuc in statu mā putrida. s. malignata. licet sit digesta est amplior licet uapores sint plures. Ratio ē quia nō plures uapores surgūt in processu earū febriū nisi quia plures ptes saltē materiales humoris moti attingūtur a calore malo q̄ priº attingerenf. Concesso gº qꝫ una materia unius quātitatis. vbi gratia. una libra sanguinis curreret a principio uersus statū & nihil ultra sibi adderef & ꝓcederē resolutō adhuc i statu posset dici amplior ut putrida. i. in partibº subiectis putredini. Partes enim huiº materie a principio mote posq̄ nulla alia mouef nō ōmes fuerunt occupate a calore putredinali sed sp sunt ī putrefieri & in occupar.

